

Lithographia Halensis ... / praeside ... Iohanne Ioachimo Langio ... publice defendet auctor Iohannes Christianus Daniel Schreber.

Contributors

Lange, Joachim, 1698-1765
Schreber, Johann Christian Daniel, 1739-1810.

Publication/Creation

Halae : Impressit Ioh. Iac. Curt, 1758.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qmc7j97m>

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

LITHOGRAPHIA HALENSIS



QVAM
PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMOQVE

IOHANNES IOACHIMO LANGIO

MATHES. P. P. O. ACAD. IMP. NAT. CVR. ET SCIENT.
BEROL. COLLEGA

PVBLICE DEFENDET


AVCTOR

IOHANNES CHRISTIANVS DANIEL SCHREBER

THVRINGVS.



D. IVN. CIDI CCCLVIII.



HALAE

IMPRESSIT IOH. IAC. CVRT.

CONTEMPLATIO NATVRAE praegustus est voluptatis caelestis, constans animi gaudium, perfecti eius solatii initium, summusque felicitatis humanae apex. LINN. *Curios. nat.*
p. 563.

PERILLVSTRI DOMINO
DOMINO
CAROLO LINNAEO

EQVITI AVRATO DE STELLA POLARI
S. R. M. SVEC. ARCHIATRO MEDIC. ET BOTAN. PROF. VPSAL.
ACAD. D. IMP. NAT. CVR. VPSAL. HOLM. PETROPOLIT.
BEROLIN. LONDIN. FLORENTIN. MONSPELIENS.
TOLOSAN. SODAL. ET PARISIN. CORR.

SACRVM

PERILLVSTRIS DOMINE

Quamprimum cum Theologiae tum scientiis mathematico - physicis et historiae naturali vacare coepi, in hac TE mihi praesertim du-
cem elegi, atque ex libris TVIS vberrimos fructus cepi, quippe qui veram et genuinam rerum naturalium cognitionem me docuerunt, librumque naturae explicarunt, cuius mysteria nemo TE penitus perspexit, diligentius obseruavit, felicius explicauit.

Methodum a TE propositam fideliter sequutus sum, per tria regna naturae, praecipue per lapideum, in elucubrando hoc specimine. TVO propterea PERILLVSTRI NOMINI has meas primitias dedicatas volui, vt testes sint meae in TE reuerentiae, et vt TV tamquam optimus harum rerum arbiter, de illis iudices. Quod si TIBI non displiceant tentamina mea, sique conatum historiam naturalem eiusque cognitionem illustrandi non irritum existimaueris laborem meum satis compensatum aestimabo.

PERILLVSTRIS NOMINIS TVI

CULTOR DEVOTISSIMVS
IOHANNES CHRISTIANVS DANIEL
SCHREBER.



Q. D. B. V.

I. **L**icet ex eo tempore, quo chemici solidam chemiae theoriam cum vera lapidum theoria coniungere coeperunt, lithologia multo facta sit emendatior quam ante; non parum ea tamen cum per variarum regionum et tractuum *lithographias* h. e. lapidum systematicas recensiones et descriptiones, tum *oryctographias* i. e. descriptiones secundum strata et geographiam mineralem incrementa cepit, quibus systematica cognitio lapidum, detectione nouarum specierum et emendatione errorum, (a) augetur, physica, chemia et quae his innititur oeconomia promouetur. Hinc praestantissima ingenia aetatem inter experimenta consumserunt; vt in Heluetia SCHEVCHZERVS, LANGIVS; in Anglia LVIDIVS et nunc celeb. EMAN. DACOSTA, vir de lithographia Anglica praeclare meritus; (b) in Suecia BROMELLVS, in Germania alibique multi sequioris notae; inter quos tamen longe eminet BEYERVS lithographus Noricus.

(a) Vt infra n. 7. 8. (quas species ad marmor adhuc refert LERCHIVS, attentus alias lithographus, hic forsan praeiudicio auctoritatis seductus) n. 40.

(b) Cuius *Historiae naturalis fossilium*, Vol. I. P. I. prodiit Lond. 1757. sermone anglico; *Lithographia anglica* vero sub prelo est.

2. Lapidibus Halensibus obseruandis operam impenderunt

VAL. CORDVS, in *sylua rerum Fossilium in Germania plurimarum*, edita cum aliis huius auct. a C. GESNERO Argent. 1561. multa Halensia notauit.

CAROLVS SCHAEFFERVS M. D. in *deliciis botanicis Halensibus* H. 1662. *Faunam et lithographiam Halensem* promisit, promissis autem non stetit.

DAVID SIGISM. BÜTTNERVS, Superintendens Quersurtensis, praesertim petrificata Quersurtensia diligenter rimatus est; edidit

Rudera diluvii testes, oder Zeichen und Zeugen der Sündflut Lips. 1710. 4.

Coralliographiam subterraneam, Lips. 1714. 4.

Die buldigende Kuckenburg (monographia nautilitarum et ammonitarum prope pagum Kuckenburg) Quers. 1712. 4.

IOHANN. IAC. LERCHIVS M. D. oryctographiam Halensem Halae 1730. primus elaboravit et sub praesid. FRID. HOFMANNI ad gradum Doctoris consequendum defendit.

Cel. Dn. PRAESES edidit, *Grundriss einer Anweisung, wie man sich die in und um Halle vorkommende Naturalia*
und

und Artificialia, zum künftigen Nutzen im gemeinen Leben, bekannt machen solle. Berol 1749. 8. p. 36. cuius fufior explicatio nondum impressa, et oryctographiam et lithographiam regionis nostrae passim egregie illustrat.

3. Ego ad attentam magnorum Dei operum observationem excitatus, iisque maxime delectatus, in campo late patente lapidibus instructissimo constitutus, falcem meam in hanc messem immittere non dubitavi. Observationes igitur ipse multas institui circa lapides nostrae regionis; nonnulla congeffi, et partem museo Parentis pie venerandi intuli; multa suppeditarunt ccl. Dnus *Praeses* ex muscocolu-pletissimo ab hac parte optime instructo; Fautor alius maximopere colendus, iam vero non nominandus; cuius museo incomparabili multas species, et rariorum specierum descriptiones, accurate conceptas, debeo: (quas, ne nitore suo orbarem, latine exprimere nolui, asterisco vero notavi,) nonnulla alii fautores atque amici, ad singulas species nominati. His auctus atque adiutus paginas sequentes componere potui, in quibus circiter octoginta species plus, quam annotauerat doctissimus LERCHIVS, continentur.

4. Finibus maxime naturalibus continetur lithographia nostra: versus austrum rupibus cotaceis prope Beesen, Wörmeliz; et xylanthrace ampelitosa, prope Beichliz, cui fons medicatus Lauchstedtensis conterminus est; versus occidentem prope Quersfurtum itidem rupibus cotaceis, erga Schmonam, et in toto illo tractu vsque ad Esperstedt. Versus aquilonem terminatur lithanthracibus prope Löbejun, saxis quorum rupes ad Giebichenstein sunt, quae inde a Rothenburg pertinent vsque ad Diemitz,

vbi finem orientalem ponimus. In toto tractu orientali Lipsiam, et australi Merseburgum versus, nihil memorabile hucusque detectum est, cuius gratia fines ulterius prorogare possimus: igitur Hala longe a centro tractus, quem colimus, orientem versus remota est.

5. Systematice opusculum meum digessi: methodo in Germania hucusque parum consueta, vbi saepius nomina barbara, vaga metallifossorum; exoleta, indeterminata PLINII et antiquiorum; ficta ludicra, aut sesquipedalia recentiorum plurium praeferuntur determinatis systematicorum, Systema, quod sequutus sum, est Linnaeanum, praestantissimum et Auctore suo vere dignum. Nomina specifica mutuatus sum ex *System. Naturae* edit. IX. Lugd. Bat. 1756. nonnulla ex *museo Tessiniano* Holm. 1753. et *materia medica ex regno lapideo*, *Amoen. acad.* III. p. 123. Synonyma adieci cum ex WALLERII *mineralogia* Stokh. 1747. qui vir celeberr. descriptiones maxime accuratas, et completissimum specierum numerum exhibet; tum ex lithographorum Halensium (2), et vbi operae pretium erat, aliorum scriptis.

6. Descriptiones breves adieci, ut is, qui opella mea uti velit, statim lapidem quaesitum rite cognoscere possit. Itaque vix ullum lapidem mihi non vitium ingessi, ne fictis speciebus fallerer et fallerem.

7. Terras tractus Salani fere omnes fautor supra (3) memoratus sub examen vocavit, observata sua breui editurus: hic ergo breuitati studui.

8. Lapidēs arte formatos et superstitiosos, item opificum et alchemistarum reliquias plane omisi, ne lithographia a facibus vix repurgata rursus inquinetur.

Huc pertinet 1. lapis fulminaris LERCH. *oryct.* p. 24. in tumulis antiquis sepulcralibus non infrequens, vtenfile veterum Germanorum.

2. Lapidēs quibus diabolus manuum vestigia impressit. LERCH. *oryct.* p. 25 prope Sennewiz, Wettin, et in Monte sereno; sunt figmenta et forsan pia fraus monachorum veterum.

3. Hydrargyrum currens, humo inhaerens, in atrio prytanei 1750 effossum; stibium striatum, et pyrites fulvus, in fundamento domus in orphanotropheo, inuenta, sunt reliquiae forsan chrysopoei alicuius.

4. In domo quadam, neben dem goldenen Rade auf dem alten Markte, quam ultra 100 annos inhabitaverunt fabri aerarii, in terra (profund. 2 ad 3 ped.) reperta est magna copia ligni et ossium viridum, ochra cupri ubique penetratorum et tinctorum; substantia parum mutata.

5. Cum post incendium an. 1740. quod templum Glauchenſe consumſerat, eius fundamenta denuo ponerentur, inuenta est massa igne producta galenae plumbi mi-

canti (kleinspeifiger Bleiglanz) adeo similis, vt vix discerni potuerint.

9. Locos fideliter indicaui, non tamen omnes: omiffos fuppleant obferuatores alii.

11. Saepe quaeri folet, cui bono fint haec omnia? Qui vsum primarium omnium rerum creatarum rite perpendit, nempe illum, quem monftrat PAVLLVS Rom. I, 20. *vt in-afpectibilia SVMMI NVMINIS, fcilicet eius fempiterna potentia atque diuinitas, ex mundi opificio perfpiciantur, per confiderationem operum*; blafphemiam hanc quaefitionem non mouet. Vt vero homines, qui ita quaeritant, imperiti, aut quibus nihil arridet, nifi quod faucem pabulo et loculos numinis farcit, aliquam refponfionem habeant, et vt influxus huius fcientiae in res oeconomicas pateat, vfus praecipuos oeconomicos adieci. Si hac refponfione illis non fatisfactum eft, nihil amplius addo; nam

Quaerit delirus, quod non refpondet HOMERVS.



CLASSIS I.

P E T R A E

ORDO I.

VITRESCENTES

COS.

1. **C**OS friabilis, particulis argilloso-glareosis. LINN. *Syst. Nat. gen. 1. sp. 1.*
Cos particulis minimis glareosis, mollis caedua. WALL. *min. sp. 71.*

Saxum arenarium cinereum Suecicum. DACOST. *Fossil. I. 128.*

Saxum arenarium Esperstadiense, coloris ordinario grisei et subcinerei, interdum et flauī et caerulei, quod substantiae tenerioris et firmioris est. LERCH. *oryct. p. 16.*

Locus: Esperstaedt, *rupem constituens.* Conf. BÜTTN. *corall. p. 50. rud. p. 221.*

Vsus pro operibus statuariis, tabulis quadratis ad sternenda atria (Platten).

Color canus: Particulae micantes interspersae paucissimae. Effervesceat parum vel nihil cum spiritibus acidis. Finditur rimis horizontalibus.

Nonnunquam cauernosa est, cauernis repletis crystallis spatoso-seleniticis non effervescentibus.

2. COS friabilis; particulis glareosis duris. LINN. *mus. Tess. p. 4. n. 5.*
Cos particulis arenosis aequalibus minoribus coticularis. WALL. *min. 68.*

Saxum arenarium album Suecicum. DACOST. *Fossil. I. p. 133.*

Saxum arenarium Loderslebenense, fusci et cinerei coloris. LERCH. *oryct. 16.*

Locus: Lodersleben, *rupem constituens.*

Constat rupe horizontaliter fissili, stratis alternis rufis et albidis saepe

Saepe particulis cinereis adspersis. Non efferuescit. Scintillat ad chalybem varius.

Vsus ad cotem planam et gyratilem, columnas ad ianuas aedium, statuas, monumenta sepulcralia frequentissimus.

3. COS friabilis, particulis glareosis impalpabilibus. LINN. Mus. Tess. p. 2. n. 4.

Saxi arenarii albi Suecici varietas. DACOST. Fossil. I. p. 133.

Locus: ad lacum falsum Seeburgi.

Color fuscus, forsan ab ochra ferrea dependens.

4. COS solidiuscula, particulis arenaceis quarzosis pellucidis aequalibus. LINN. S. N. I. 5.

Locus maxime vulgaris in der Heide. Vaga.

Concreta ex arena 141.

5. COS solidiuscula, particulis arenaceis quarzosis subopacis subaequalibus. LINN. S. N. I. 6. Mus. Tess. p. 4. n. 9.

Saxum arenarium. DACOST. Fossil. I. p. 140.

Locus: α. Beichliz inter ampelitis strata, pulvere pyris disicienda, unde nomen, Sprengestein, sortita est: haec constat lapide albo duro scintillante, particulis subpellucidis.

β. Prope Wörmiliz ad ripas Salae; subfriabilis particulis grossioribus: rupe horizontaliter fissili, colore vario, plerumque albo.

γ. Boeseburg in comit. Mansfeld.; alba subfriabilis opaca, superficie plana, rupe horizontaliter fissili.

Vsus: β. pro aedificiis, ex hac maxima pars orphanotrophei constructa; γ. pro monumentis sepulcralibus, et grossioris pro cote.

6. COS solidiuscula, particulis arenaceis quarzosis inaequalibus. LINN. S. N. I. 7.

Saxum arenarium lapis molaris dictum. DACOST. Fossil. I. p. 137.

β. Cos particulis arenosis minoribus, variis foraminulis inordinate distincta. WALL. min. 70.

Saxum arenarium foraminosum. DACOST. Fossil. I. p. 141.

Locus: α. Schmon, Querfurt sub marmore, rupestris; vaga passim in sabuletis campisque; β. inter argillam plasticam prope Halam, vorm rannischen Thore, et passim vaga.

Constat

Constat α. rupe horizontaliter fissili, stratis horizontalibus cinereis, albis, rubris et rubicundis alternis, ex sabulo concretis. β. eadem cos multis foraminibus, saepe et cavitatibus et maeandris distincta, qui nidificationes insectorum mentiuntur.

Vsus: α. nonnullis pro filtro, non inepta ad hunc usum, si maiora frustra adessent.

7. COS solidiuscula, particulis impalpabilibus glareosis.

Giebichensteiner Marmor.

Marmor Giebichensteinense coloris grisei vel etiam fusci, venis rubicundis et carnei coloris passim distinctum. LERCH. *oryct.* 18.

Locus: Giebichenstein, am Schloßfelsen, et in monte alio inter arcem et patibulum.

Constat particulis minimis vix nudo oculo distinguendis, glareosis, ex cinereo-rubris, extrinsece coloris hepatici striis sanguineis nonnunquam eleganter distincta. Nec efferuescit nec scintillas dat, nec polituram accipit.

Olim falso rumore pro marmore vendidata et Berolinum aduecta est. Sed cognito errore nunc nullum habet usum.

8. COS solidiuscula argilloso-glareosa, lamellis horizontaliter fissilibus: venis ochraceis.

Mußholzstein.

Marmor Giebichensteinense, coloris flavi, instar ochrae, et striis longitudinalibus ac circularibus. LERCH. *oryct.* 18.

Locus: Giebichenstein, rupes pone templum patibulum versus.

Constat particulis impalpabilibus vix distinguendis argillofis ut videtur et glareosis; fissilibus in lamellas tenues horizontales, distinctas striis fasciisque ochrae ferreae diuersimode contortiplicatis. Non efferuescit cum spiritibus acidis, nec scintillas dat ad chalybem. Incumbit lithanthracibus.

Vsus exiguus ad muros exstruendos.

Q V A R Z V M.

9. QVARZVM aqueum. LINN. S. N. 2, 1.

Flußkiesel.

Quarzum solidum pellucidum. WALL. *min.* 97.

Silices. LERCH. *oryct.* 21.

Locus: ubique, vagum, praesertim in et circa arenifodinam prope

Nietleben, *vbi tinctum ochra ferrea; ad saxa prope Giebichenstein, et prope Beesen bey der Breyhansschenke.*

10. QVARZVM album. LINN. S. N. 2, 2.

Locus praecedentis.

11. QVARZVM tinctum. LINN. S. N. 2, 3.

Quarzum solidum opacum coloratum. WALL. min. 99.

Locus: in sabuletis, vbi obseruauimus var. 3. caeruleum.

12. QVARZVM subcotaceum. LINN. S. N. 2, 5.

Quarzum granulatum cohaerens. WALL. min. 90.

Locus: in der Heide, vagum.

S I L E X.

- B. SILEX cretaceus vagus. LINN. S. N. 3, 1. Mat. med. lap. 134.

Kiesel, Feuerstein

α. Silex corneus intrinsece aequalis durissimus. WALL. min. 77.

Lapis corneus. LERCH. *oryct.* 21. BÜTTN. *corall.* 27.

Locus: campi passim inter spec. 2. sabuleta frequenter.

*Saepius continet petrificata; huc pertinet: Muschelmarmor, welcher größtentheils in einen Feuerstein verwandelt worden, zwischen Halle und Diemitz als ein Geschiebe gefunden *. Extrorsum adhuc efferuescit.*

Superficies lapidis nonnunquam botryiformis.

Vsus ad ignem cum chalybe excitandum.

β. Carneolus subdiaphanus exalbidus. LINN. S. N. 3, 1. Carniol.

Achates fere pellucida, colore rubescens. WALL. min. 79, n. 1.

Carneolus albescens.

Constat lapide exalbido, parum botryiformis.

Locus: obseruatus in et supra saxum quoddam vagum, intra strata saxi Giebichensteinensis occurrens.

γ. Chalcedonius subdiaphanus cinereo-nebulosus. LINN. S. N. 3, 1.

Chalcedonier.

Achates vix pellucida nebulosa, colore griseo mixto. WALL. min.

80, n. 4. Chalcedonius griseo-lactescens.

Locus:

Locus; passim in agro Halensi, vagus, mica inquinatus.

δ. Iaspiachates opacus, viridis aut ruber.

Iaspis sanguineo colore tinctus qui passim in agro nostro prouenit, sed minoribus fragmentis. LERCH. *oryct.* 22.

Locus: vagus passim: viridis copiosior quam ruber.

ε. Achates superficie circulis concentricis distinctus.

Locus: prope Landsbergam lectum et in cel. Dn. PRAESIDIS museum translatum est specimen huius achatis elegantissimum, magnitudine et facie oui columbini maioris: color, si obiter spectetur, obsolete ruber, si accuratius, corneus apparet, innumeris punctulis rubris absque ordine refertus, quae saepe adeo conferta sunt, ut vix discerni queant. Superficies lapidis passim inordinate notata maculis ocelliformibus, quorum irides albae et circulis concentricis, albuginea vero, substantia lapidis cornea, circulis concentricis et punctulis rubris, picta, constat.

14. SILEX marmoreus rupestris. LINN. S. N. 3, 3.

Petrofalex semipellucidus, intrinsece compactus mollior. WALL. *min.* 87.

Locus: Giebichenstein inter saxa: in der Heide passim dispersus. Constat fragmentis subdiaphanis molliusculis, albidis, rubris virescentibus aut nigricantibus, in stratis saxorum 68-77. ubi rimas subinde replet. Refertus est granis quarzi singularis, quod constat particulis aqueis, ad chalybem scintillantibus, acidis non mutabilibus: haec grana, ubi lapis libero aëri diutius expositus est, fatiscunt, et in puluerem album margaceum resoluuntur, tum penitus eroduntur, lapidem relinquunt porosum instar pumicis, residuis in cavitatibus crystallis minimis quarzosis vix manifestis.

16. SILEX margaceus rupestris. LINN. S. N. 3, 4.

Iaspis.

Iaspis unicolor WALL. *min.* 19. rubescens n. 4.

Locus: Schmon inter cotem 5.

Constat lapide dilute rubro, nonnunquam et saturatius, saepius particulis albis distincto, solido durissimo. Reperitur et maxime porosus.

*Vsus actualis nullus, possibilis idem qui specierum reliquarum con-
generum, quibus elegantia nihil cedit.*

*Rubedo huius lapidis a ferro; ochrae ferreae et minera quaedam
ferrea atrascorii formis poros lapidis saepe replent.*

*Alia huius lapidis varietas constat fibris rubris rigidis e centro ra-
diantibus stellaribus in superficie cotis dictae: similis talco 37.*

O R D O II.

C A L C A R I I.

M A R M O R.

17. MARMOR solubile, granis crustatis globosis confertissimis.

LINN. S. N. 4. 2.

Kogenstein.

Saxum arenarium, granulis rotundis, hammites dictum. DACOST.

Foss. I. p. 129.

Oolithus, BRÜKM. monogr. in eius Thes. subt. p. 127.

Oolites siue hammites. LERCH. oryct. 40.

Locus: lacus salinus, prope Ruhlsdorf; Rothenburg, Alsleben, Eis-
leben, Fienstedt

Differt granis maioribus et minoribus, cinereis aut albidis. Fien-
stedtenensis est martialis, granis in nonnullis quasi erosus.

Vsus: pro aedificiis extruendis.

Conf. BÜTTN. rud. §. 148. HEBENSTR. Mus. RICHT. 222. FRISCH.

Mus. HOFM. p. 86.

18. MARMOR solubile, fragmentis horizontalibus subfissilibus. LINN.

S. N. 4, 4. Mus. Tess. p. 12. n. 5.

Saxum rubrum splendidum durissimum. DACOST. Foss. I. p. 155. var.

Locus: Querfurtum.

Varia continet petrificata.

Huc etiam pertinent lapilli albi calcarii, particulis impalpabili-
bus subsfriabilibus subfissilibus, in sabuletis frequentes.

19. MARMOR solubile, particulis micantibus arenaceis. LINN. S.

N. 4, 5. Mat. med. lap. 135.

Kalckstein.

Calca-

Calcarius particulis scintillantibus. WALL. min. 39.

Saxum calcarium. LERCH. oryct. 17.

Locus: Lieskau; colore est albido, viridi; atro-cinereo; polituram accipit nitidissimam, petrificatis, pyrita et crystallis spatosis refertum est.

Usus ad coquendam calcem.

20. MARMOR solubile, particulis micantibus radiantibus. LINN.

S. N. 4. 7.

Strahlfalkstein.

Locus: sabuleta, praesertim Diemizense.

Constat fibris amiantiformibus planiusculis ex flauo albidis, crusta calcinata tectis. Conf. Bütn. corall. p. 26. t. 3. f. 8.

21. MARMOR solubile, particulis impalpabilibus rasilibus. LINN.

S. N. 4, 8.

Marmor.

Marmor. WALL. min. 41. 42.

α. Marmor variegatum flauum. WALL. min. 42. n. 3.

Locus: Hala in limifodina ad patibulum, ubi pauca frusta inuenit amicus quidam: ante multos annos plura reperta feruntur ibidem.

Constat lapide flauescente, venis et lineis rubicundis et nigris, et maculis albidis elegantissime variegato, duro, post politionem nitidissimo.

β. Marmor exalbidum zonulis ferrugineo-fuscis arcuatis.

Locus praecedentis. Nonnunquam venulis marmoris 20. flauo distinguitur.

γ. Marmor ex cinereo viride.

Locus praecedentis. Polituram recipit bonam, sed color sordide viridis ingratus.

22. MARMOR fixum, particulis difformibus. LINN. S. N. 4, 9.

Mat. med. lap. n. 3.

Gipsstein.

Gypsum particulis parallelepipedis et globosis concretum. WALL. min. 45.

Locus: Laublingen, Wettin inter lithanthraces parcius.

23. MARMOR fixum, filamentis perpendicularibus parallelis. LINN.

S. N. 4, 10. Mat. med. lap. n. 6.

Strahlgips.

Gypsum filamentis parallelis. WALL. min. 49.

Spatum f. gypsum, asbesto filamentoso haud dissimile. LERCH. *oryct.* p. 20, 21.

Locus: Wettin, Dölau inter lithanthraces; Rothenburg; Helfta in comit. Mansf.

24. MARMOR fixum, particulis arenaceis micantibus. LINN. S. N. 4, n. Mat. med. lap. n. 4.

Gypsum particulis minimis, punctulis nitens, polituram admittens. WALL. min. 44. Alabaſter.

Alabaſtrum. LERCH. *oryct.* p. 19.

Locus: Laublingen, ubi est album et cinereo variegatum; Wettin inter lithanthraces, in tenuissimis laminis: item rufescens, cinereum, caeruleſcens, et albidum venis cinereis, in lapidicina derelicta, prope Cönnern: album venis cinereis, ad Dobis prope Wettin. Multae eius varietates perpulchrae occurrunt prope Wendelstein, Bottendorf, et in aliis Thuringiae locis.

S P A T V M.

25. SPATVM fissile. LINN. S. N. 5, 1.

Spatum lamelloſum molle. WALL. min. 54.

Glacies Mariae. LERCH. *oryct.* p. 20.

Locus: Hala in suburbio Glauchensi, ubi in fodiendis puteis, in xenodochio, in vinea b. Cancell. de LUDWIG repertum fuit.

LERCH. circa Querfurt, Schmon, Kölme, Laublingen copiosissime.

26. SPATVM compactum subdiaphanum. LINN. S. N. 5, 4.

Locus: in schisto cuprifero.

27. SPATVM compactum subopacum, fragmentis squamosis. LINN. S. N. 5, 7.

Locus: praecedentis et in lithanthrace.

Hae species (25-27) non efferueſcunt cum acidis spiritibus.

28. SPATVM subopacum, particulis lamellatis ad angulum acutum striatis.

Locus: in schisto cupri; inter lithanthraces.

Spatum seleniticum ſingulare. LEHM. Flözgeb. 229.

Locus: Laublingen, unde ad celeb. Dnum. PRAESIDEM aduectum.

Conſtat laminis ſubprismaticis tenuibus, fiſſilibus longitudinaliter, fragilibus, fracturis obliquis rhombeis, ſordide flavis ſubopacis, ad angulum acutum 10-20. grad. ſtriatis, apice vix coeuntibus, adeo-

adeoque non ex communi centro radiantibus; saepe adspersis graptolitho 121. Frusta integra figurae sunt subglobosae, magnitudine pugni saepius capitis humani, crusta laevi, aut angulis solidis triquetris tecta.

Efferuescit et soluitur in aqua forti; calefactum lucet, et cum fragore dissilit.

Descriptio cl. LEHMANNI c.l. et in praefatione dicti libri bona est, sed exemplar suum fortasse nimis geometricum.

29. SPATVM compactum scintillans. LINN. S. N. 5, 6. Feldspat.
Locus: in campis ubique, vagum. Scintillat propter quarzum adhaerens, saepe nudo oculo vix distinguendum.

S C H I S T V S.

30. SCHISTVS nigricans friabilis, scriptura alba. LINN. S. N. 6, 3.
Fissilis mollior friabilis. WALL. min. 66.

Schistus niger. DACOST. Fossil. I. p. 167. Schistus terrestris niger carbonarius. *ibid.* p. 168.

Locus: α. Comitatus Mansfeldensis et ducatus Magdeburgici circulus Salanus variis locis, ubi cupro dives est et petrificatos pisces continet; β. Wettin, Löbegrin, Dölau, Giebichenstein etc. ubi supra et inter lithanthraces est, filicibus repletus.

Constat lamellis fragilibus, aqua forti parum efferuescentibus, vstulatione in terram rubicundam fissilem transeuntibus. Variat β. superficie undata.

31. SCHISTVS cinereus solidiusculus, scriptura alba. LINN. S. N. 6, 4.
Schistus cinereus. DACOST. Fossil. I. p. 173.

Locus: Giebichenstein supra lithanthraces, iam vagus inter pagum et patibulum, filices condens, nonnumquam subfriabilis.

O R D O III.

A P Y R I.

M I C A.

32. MICA particulis membranaceis fissilibus diaphanis. LINN. S. N. 7, 2. Raxengold.

Locus:

Locus: comitatus Mansfeldensis passim, Hala in lapidibus quarzosis vagis.

33. MICA particulis squamosis sparsis. LINN. N. S. 7, 3. Glimmer.

Mica squamis inordinate mixtis. WALL. min. 122.

Locus frequens in saxo, praesertim in der Heide; Giebichenstein. Variat colore aureo, argenteo, cupreo, nigro.


T A L C V M.

34. TALCVM fibris rigidis fasciculatis intortis. LINN. S. N. 8, 10.

Sternschirl.

Asbestus fibris fasciculatis; ex centro varie radiantibus. WALL. min. 148.

Locus: agri Halenses et Giebichensteinenses passim; in matrice saeva viridescente, et in albacotacea, vagum: communicante eodem fautore supra laudato; qui ita descripsit: Grüner sternstrahliger Schirl in weissem sandigen Gestein, als ein Geschiebe in der Giebichensteiner Mark. Colore est viridi aut nigro.



CLASSIS II.

M I N E R A E

ORDO I.

S A L I A.

N A T R V M.

35. NATRVM murorum. LINN. S. N. n. 1. Mauersalz.
Alcali compactum crystallisabile, corporibus superficialiter adhaerens. WALL. min. 183.

Aphronitrum siue flos nitri ex antiquis muris calcariis, et in cellarum parietibus passim instar lanuginis efflorescens. LERCH. oryct. p. 46.

Locus: in muris antiquis ubique.

SELENITES.

36. SELENITES spatoso-gypsea rhombea. LINN. S. N. 12, 1.
 Gypsum crystallisatum figura rhomboidali. WALL. min. 46, fig. 3.
Locus: argillaefodina vorm rannischen Thor auf dem Lerchenfelde; Benstedt in argilla; Lieskau in bolo subtili griseo aut flauo.
37. SELENITES spatoso-gypsea prismatica. LINN. S. N. 12, 1.
Locus: Wettin, Dölau inter lithanthraces; Kölme.
Huc crystallus illa spatosa irregularis referenda videtur, quae in ampelite prope Langenbogen frequens est; coloris saepe fusci, tincta ampelite.

NITRVM.

38. NITRVM humi. LINN. S. N. 13, 1. Mat. med. lap. 13.
Salpetererde.
 Nitrum terra mineralisatum. WALL. min. 175.
 Terra nitri. LERCH. oryct. p. 45.
Locus: in terra humosa pingui ubique, praesertim ad stabula pecudum, et ad parietes; hinc ante aliquod annos peculiares parietes erecti, pro generanda terra nitrosa.
Vsus: pro conficiendo nitro; cui inseruit officina nitraria Glauchenfis.
39. NITRVM quarzofum aqueum. LINN. S. N. 13, 2. Mat. med. lap. 14.
Bergkrystall.
 α. Nitrum quarzofum vtrinque acutum. S. N.
 Crystallus montana vtrinque acuminata. WALL. min. 10. fig. 11.
Locus: vagum in campis, in matrice quarzosa et cotacea; in lithanthrace.
 β. Nitrum quarzofum crystallis aggregatis acaulibus. LINN. amoen. acad. 1. t. 16. f. 12. S. N. c.
Locus in silice 2, infrequens.
40. NITRVM quarzofum coloratum. LINN. S. N. 13, 3. Mat. med. lap. 15.
 α. Crystallus hexagona flauescens. WALL. min. 107.

Locus: Grosörner in comit. Mansf. detectum 1755.

Constat lapillis nitro-quarzosis utrinque pyramidatis, columna brevissima vix lineam geometricam lata, in nonnullis plane evanescente; magnitudine pisi, colore flavescente diluto, in nonnullis vix sensibili, pelluciditate aquea.

Pro topazio vero habitum est; sed repugnat durities et examen in igne.

41. NITRVM spatosum. LINN. S. N. 13, 4. Spatdruse.

α. Nitrum spatosum acaule pyramidibus aequalibus. LINN. amoen. acad. 1. t. 16. fig. 3. S. N.

Locus: Querfurt in marmore.

β. Nitrum spatosum acaule aggregatum, pyramide subulata obliqua. LINN. amoen. 1. t. 16. f. 10. S. N. c.

Spatum crystallisatum sexangulare. WALL. min. 61. fig. 4.

Locus: in lithanthrace.

M V R I A.

42. MVRIA fontana. LINN. S. N. 14, 2. WALL. min. 180. Goole.

Sal commune fontanum. LERCH. oryct. p. 42.

Locus: Hala in quatuor fontibus, diuersis profunditate, quantitate salis contenti, et adfluxus; Giebichenstein, vix 4 semuncias salis in vna libra aquae continens.

Lacus salus Seeburgensis, (cuius falsedo oritur ex riuulo salso prope Erdeborn in lacum influente; continet in libra 3 drachm. salis;) et confinia eiusdem, vt Langenbogen, Gröppzig, notante iam VAL. GORDO in sylua obs. p. 217.

Salis etiam sunt putei nonnulli Glauchae, Liebenau.

Conf. HONDORF Beschreibung des Salzwerks zu Halle in Sachsen Hal. 1670. 4. et secunda vice cum additamentis perill. IOH. CHR.

a DREYHAVPT 1749. Chronico suo Halensi annexum.

FRID. HOFMANNI Beschreibung des Salzwerks zu Halle. Hal. 1708. 4. aliosque quos recenset perill. I. C. a DREYHAVPT descr. circ. Salan. T. I. p. 5. n. 93-104. De reliquis salinis extra Halam, e. c. Giebichensteinensibus non ultra 1709. cultis, vide I. C. a DREYH. not. ad HOND. Sal.

43. MVRIA spatosa phosphorascens. LINN. S. N. 14, 5.
 Spatum solidum, plus minus pellucidum, particulis non distingui-
 bilibus. WALL. min. 60.
 Locus: Lieskau in marmore.
- α. Muria spatosa aggregata purpurea. LINN. S. N. 14, 5. c.
 Locus: Giebichenstein prope patibulum, saxo inhaerens *.
44. MVRIA spatosa rhombea. LINN. S. N. 14, 4.
 Locus: α. in cauernis cotis i. Esperstediensis. β. in marmore prope
 Lieskau.
 Constat α. crystallis rhombeis spatosis aggregatis, cauernulas cotis
 dictae, undique replentibus, pellucidis, albidis: cauernulae, qui-
 bus innascitur, sunt quasi per strata horizontaliter in lapide dis-
 positae (liegen gleichsam flözweise in dem Gestein.) β. priori simi-
 lis albida aut flaua.
 Soluitur in aqua forti; dat solutionem pellucidam amaram.

ALVMEN.

45. ALVMEN bituminis.
 Alumen terra et bitumine mineralisatum. WALL. min. 172.
 Aluminis minera bituminosa. LERCH. oryct. p. 47.
 Locus: ampelites Halae, Beichliz, Langenbogen, saepe aluminosus
 est; praesertim xylanthrax, dictorum locorum.

VITRIOLVM.

46. VITRIOLVM ferreum aluminosum, filamentis perpendicula-
 ribus parallelis.
 α. Vitriolum viride amiantiforme efflorescens.
 Flores vitriolici saporis, quos exhibet lignum fossile semipetrefa-
 ctum, aëri diutius expositum. LERCH. oryct. p. 29.
 Locus: efflorescit ex ampelite aluminosa Beichlizenfi aëri aliquan-
 tulum obnoxia; quae non in museo asseruari potest, nisi antea ali-
 quoties aqua feruente elixiuetur.
 Constat fibris perpendicularibus viridibus contiguis parallelis, in
 fissuris

fissuris ligni bituminosi et ampelitis enatis, quas implet. Fatiscit deinde totum in pulverem album. Vitriolum verum esse, monstrat sapor et crystallisatio.

Ad hanc speciem pertinet quoque VITRIOLVM hungaricum fossile, Atlasvitriol HENKEL. pyritol. 856. Atramentum natium cum asbesto Hungariae HEBENSTREIT. mus. RICHT.

O R D O II.

S V L P H V R A.

E L E C T R V M.

47. ELECTRV M diaphanum solidum. LINN. S. N. 17, 2. mat. med. lap. 24. Bernstein.

ß. Succinum opacum. WALL. min. 201.

Locus: Dölau in ampelite, detectum et nobiscum communicatum a generosiss. Dno. FRIDERICO WILHELMO a LEYSER.

Constat frustis parvis flavis aut fuscis opacis solidiusculis, ampeliti innatis; rarissimum est, vix umquam hic observatum.

Olim et inter lithoxylon ampelitosum prope Sittichenbach succinum repertum fuisse, perhibet BÜTTNERVS Coralliogr. p. 37.

B I T V M E N.

48. BITVMEN subfriabile atrum. LINN. S. N. 18, 4. mat. med. lap. 27. Bergspeck.

Bitumen solidum coagulatum. WALL. min. 186.

Asphaltum. Vulgo.

Locus: in selenite inter ampelitem prope Langenbogen, qua distinctum est instar faui.

Raram hanc speciem communicavit generos. Dn. FRID. WILH. a LEYSER.

49. BITVMEN humi paludosae. LINN. S. N. 18, 5. Taufohle.

Bitumen terra mineralisatum. WALL. min. 197.

Carbones fossiles vulgo Thaukolen. LERCH. oryct. p. 10.

Bitu-

Bituminosa terra levis arida, et quae numquam lutum fit, etiam imbribus maximis, et quae accensa ardet carbonum modo, donec in cinerem solvatur tota, odore dum ardet, bituminis sulphure mixti; Halae Saxon. est sub ipsa urbe, maxime in fossa versus meridiem. CORD. sylu. p. 217. est haec ipsa species.

Locus: Halae subterranea meridionalia, Glaucha, in stratis horizontalibus; Beesen et Liebenau in arenoso solo, in stratis abruptis (Geschiebe); hoc multo subtilius est reliquis, in aëre fatiscit, in igne nonnunquam odorem succineum spargere dicitur; Dölau iuxta templum, ubi compactius est et colore dilutiore: Langenbogen, ubi friabile: Stedten prope Schraplau.

Vsus: pro turfa et carbonibus. Quod ad Langenbogen effoditur, cum aqua et limo in pastam redigebant, unde formabant globulos magnitudine pugni, (Feuerkugeln) ad vsus oeconomicos aptiores quam terra nuda: quae etiam parantur ex ampelite et frustulis lithanthracum; sed hic vsus exoleuit. Stedten si ad coquendam calcem utuntur.

Huc pertinet lithoxylon ampelitosum: quod vide.

50. BITVMEN schisti. LINN. S. N. 18, 6.

Steinkohle.

Bitumen lapide fissili mineralisatum. WALL. min. 198.

Bitumen durum nigrum lapidosum, carbo fossilis, lithanthrax. LERCH. oryct. p. 55.

Bituminacei carbones. CORD. sylu. 217.

Locus: prope Wettin in stratis tribus distinctis horizontalibus: (flözweise) Löbegün in venis: (gangweise) Cönnern, (observante CORDO) Dölau, in fragmentis irregularibus: (nesterweise iam ad venas inclinantibus.) Giebichenstein inter arcem et patibulum, ubi rudera putei et cuniculi antiqui adhuc exstant.

Variat pro differentia residui post exustionem.

Wettinense residuo scoria ferrea rufa compacta.

Löbejünense, resid. terra friabili rufescente.

Dölauense resid. scoria ferrea rubra.

Giebichensteinense resid. terra fissili friabili candido-rufescente.

Vsus: 1-3. pro carbonibus in furnis et focus, et ad coquendam muriam.

Strata quae ad lithanthraces Wettinenses occurrunt, recenset
ill. LEHMANNVS Geschichte der Flözgebirge p. 175.

51. BITVMEN marmoris foetidi. LINN. S. N. 18, 7. Stinkstein.

Spatum opacum frictione foetidum. WALL. min. 59.

Schistus fusco-cinereus, lapis foetidus dictus. DACOST. fossil. I.
 p. 172.

Locus: Querfurt, Rothenburg et ubique in com. Mansf. in tecto
 schisti cupriferi.

Vsus possibilis ad coquendam calcem.

PYRITES.

52. PYRITES ferreus scintillans amorphos. LINN. S. N. 19, 4. mat.
 med. lap. 28. Kies.

α. Sulphur ferro mineralisatum, minera difformi pallide flaua nitente. WALL. min. 207.

Laminae sulphurae subtiliores pyritis instar splendentes, inter veros lithanthraces, praesertim Wettinenses. LERCH. oryct. p. 55.

β. Sulphur mineralisatum, minera globosa concretum. WALL. min. 208.

Pyrites martialis vitriolicus. LERCH. oryct. p. 9. Minera martis Halensis p. 48.

Locus: α. in frustis maioribus irregularibus et laminis tenuibus, in lithanthrace; Querfurt, Lieskau in marmore; Lauchstedt, Esperstedt in cote; Beichliz in ampelite: conf. HENK. pyritol. 220. 222. β. in strato decimo sub urbe: conf. HENK. 222. textura solida, nec e centro radians, hinc non sequentis speciei.

53. PYRITES crySTALLISATUS. LINN. S. N. 19, 3. Kiesdruse.

Sulphur ferro mineralisatum forma crySTALLINA. WALL. min. 209.

α. Hexaëdricus. LINN. S. N. 19, 3. b.

Marchasitae hexaëdricae tessulares. WALL. min. 209, 2.

Pyrites angulosus hexaëdros cubicus. HENK. pyritol. p. 155. t. 1, 12.

β. Globosus. LINN. S. N. 19, 3. f.

Pyrites rotundus sphaericus. HENK. pyrit. p. 155. 160. t. 4. 12.

Locus: α. in Schisto Rothenburgensi; Dölau inter lithanth. β. Rothenburg,

thenburg, Dölau: *huic adhaeret Galena particulis minoribus oblique resplendens.* WALL. *min.* 272. 8. *elegantissima.*

54. PYRITES ferreo-cupreus, matrice vitrescente. LINN. S. N. 19, 6.
β. -- cotaceus. LINN. S. N. 19, 6. b.

Locus: Wettin inter lithanthraces.

ORDO III.

MERCVRIALIA.

ARSENICVM.

55. ARSENICVM rubens cupreum. LINN. S. N. 20, 6.

Kupfernickel.

Arsenicum sulphure et cupro mineralifatum, minera difformi aeris modo rubente. WALL. *min.* 228.

Nicli minera ditissima, Kupfernickel dicta. KROHNSTEDT. *act.* Holm. 1754.

Locus: in schisto cuprifero passim ad concursum duarum venarum, praesertim ad Golwiz. Argento diues esse fertur.

FERRVM.

56. FERRVM intractabile nitens micaceum. LINN. S. N. 25, 7.

Eisenglimmer.

Minera ferri rubra. WALL. *min.* 257.

Locus: comitatus Mansfeldensis; in rupibus prope Wettin; ab imperitis chrysopoeis saepe pro minera argenti rubra venditur.

57. FERRVM intractabile spatiosum albicans. LINN. S. N. 25, 10.

Eisenspat.

Minera ferri alba spatiformis. WALL. *min.* 244.

Locus: Hala et com. Mansf. passim; vagum.

- 58 FERRVM intractabile, lamellis transuersim striatis nitidis. LINN. S. N. 25, 2.

Locus: Hala, vagum. Schwarzes körniges Eisenerz das der Magnet etwas zieht, in weissen sehr verhärteten Letten als ein Geschiebe ohnweit der faulen Wiese *.

CVPRVM.

60. CVPRVM nudum informe. LINN. S. N. 26, 1.

Gebiegen Kupfer.

Cuprum nativum. WALL. min. 258.

Locus: rarissimum in schisto cuprifero Mansfeldico. Conf. DECK. mus. p. 66. sq.

61. CVPRVM purpurascens. LINN. S. N. 26, 5.

Kupferglas.

Cuprum mineralisatum, minera fractura nitente molli. WALL. min. 263.

Locus: in schisto cuprifero, Eislebiensi, Rothenburgico, Gerbstadico, ubi spato 26. superficialiter adhaeret.

62. CVPRVM pyriticosum fuluum. LINN. S. N. 26, 8.

Kupferkies.

Minera cupri flava, particulis maioribus. WALL. min. 267.

Locus: in schisto et cote cuprifera.

63. CVPRVM schisti. LINN. S. N. 26, 9.

Kupferschiefer.

Cupri minera in lapide fissili nigro. LERCH. oryct. p. 51.

*Locus: Comitatus Mansfeldici subterranea ubique: a Golwiz usque ad Hercyniam.**Constat schisto 30, qui omnes fere cupri minerarum species continet, ochram viridem germinantem rarissime; zincum copiose immixtum habet, testantibus cadmiis fornacum. Occurrit prope Gollwiz, in venis, (gangweise) tum sensim inclinantur strata versus horizontem, usquedum iustam nanciscantur obliquitatem et magis horizontalia euadant. (flözweise brechen.) Continet centenarius schisti cuprifери decimam circiter partem cupri; Centenarius cupri sulphurati (Schwarzkupfer) libras $96\frac{6}{10}$ cupri puri (Garkupfer); et centenarius cupri puri 8 ad 12 semuncias argenti. Strata recenset LEHMANNVS cit. 170 sq.*

64. CVPRVM cotis. LINN. S. N. 26, 10.

Sanderz.

Minera cupri in arenario varii coloris. LERCH. oryct. p. 51.

Locus praecedentis, sub eius stratis in stratis peculiaribus.

PLVMBVM.

65. PLVMBVM particulis cubicis. LINN. S. N. 27, 4.

Bleiglanz,
Plum-

Plumbum sulphure et argento mineralisatum, minera tessulis maioribus vel minoribus, vel granulis, micante. WALL. min. 273.

Locus: Eisleben inter cuprum schisti; Wettin inter lithanthraces in fissuris stratorum, crystallis quarzoso-spatosis repletis, tessulis maioribus et minoribus (grob und kleinwürflich) et granulis (kleinspeisig), atque ibidem in tenuibus lamellis; Dölau in fissuris lithanthracis in spato compacto subdiaphano.

STANNVM.

66. STANNVM crystallis columnaribus nigris. LINN. S. N. 28, 2. Schirl.

Corneus crystallisatus prismaticus, lateribus inordinatis. WALL. min. 139, 20. 2. 3. niger et fuscus.

Locus: Inter lithanthraces, et in campis vagum. Affricu albi-
cat semper, textura multifariam variat.*

67. STANNVM crystallis tessulatis rubicundis. LINN. S. N. 28, 3. Granat.
mat. med. lap. 48.

Gemma plus minus pellucida, colore obscure rubro, in igne permanente, lapide liquecente. WALL. min. 117.

Granatus. Vulgo.

*Locus: Giebichenstein in saxo, communicatum a Dno. F. W. V. LEY-
SER; in spato compacto scintillante lacteo eleganter rubro va-
riegato, ibidem lectum et communicatum a Dno. PRAESIDE; et
in quarzo albo*.*

CLASSIS III.

FOSSILIA.

ORDO I.

CONCRETA.

SAXVM.

68. SAXVM rubicundum, granulis albis subspatosis et quarzosis
aqueis. D Locus:

Locus: Hala bei der Amtsziegelscheune in der Allee.

Constat rupe solida sordide rubicunda subcotacea, ad chalybem parum scintillante, in aqua forti non solubili ut etiam sequentes omnes; referta granulis albidis et aqueis.

69. SAXVM album subspatosum deliquescens.

Locus: Giebichenstein pone vineam die Weintraube, et trans Salam, e regione huius, bis an die Heide hin.

Constat rupe solida, supra sub humo fissili, alba subspatosa: acidis non solubile, sub dio fatiscit, hinc ad usus oeconomicos ineptum: adpersum granulis quarzosis.

70. SAXVM subcotaceum, granis spatosis rubicundis et quarzosis aqueis.

Saxum glareosum. LERCH. oryct. p. 16.

Locus: Giebichenstein, e regione prati Gimmerizensis, et trans Salam idem ex opposito.

*Constat rupe solidiuscula grisea cinerea aut rubicunda, granis maioribus spati rubri et minoribus quarzi aquei referta, nonnunquam et mica nigra aut cuprea, et granis granatinis non scintillat; porphyrio simile quoad faciem externam, non quoad duri-
tiem et texturan.*

71. SAXVM friabile, granulis albis virescentibus et sordide rufis aggregatum.

Locus: rupium reliquarum fissuras replet.

Constat lapide maxime friabili, aggregato ex granulis rufis, albo et viridi-spatosis. Vbi saxo praecedenti adhaeret, utrumque in superficie fibrosum apparet et quasi amiantiforme.

72. SAXVM pallide rubescens, granulis spatosis albis.

Locus: rupes in prato Gimmerizensi; et trans Salam in partibus oppositis.

Constat rupe solidiuscula ad chalybem parum scintillante.

73. SAXVM impalpabile rubrum, granulis spatosis albis et rubicundis.

Porphyrius Giebichensteinensis. Vulgo.

Locus: rupes cui arx Giebichensteinensis superstructa est; et trans Salam, e regione, prope Cröllwiz; Trotha; et e regione ad molendinum

lendum chartarium; Hala im Stadtgraben hinter der Schulkirche; Diemitz; *rupes Gimrizenfis* (63.)

Constat rupe solida rubra, saturatius in prioribus, dilutius in duobus posterioribus locis, ad chalybem plus minus, in posterioribus fere non scintillante; referta granulis spatosis albis et rubicundis inaequalibus, in duobus prioribus crebris subaequalibus albidis, paucis rubicundis, paucioribus quarzosis.

Vsus: exiguus pro aedificiis.

74. SAXVM fissile rufum, atomis margaceis et quarzosis.

Locus: Giebichenstein, e regione des Gimmerizer Busches.

Constat lapide solido, stratis fissilibus; aggregato ex granulis minimis rufis albisque, instar cotis.

75. SAXVM fissile albido-virescens, atomis quarzoso-spatosis albis.

Locus praecedentis.

76. SAXVM filiceum, granis spatosis albis opacis et quarzosis aqueis.

Locus praecedentis.

Constat filice 3. viridi, fusco aut rufo, granis spati candidi maioribus, et granatinis saepius distincto. Continet hic carneolum supra 13, §. adductum.

77. SAXVM micaceum cotaceum. LINN. S. N. 31, 16.

Locus horum saxorum, 74-77. est rupe ad fluuium Salam, e regione nemusculi Gimmerizenfis, rupem Giebichensteinensem oblique intersecans, constat stratis saxi 65. 66. alternis, ad horizontem obliquis; quibus passim interspersi sunt lapilli 76. 77.

Vsus ad aedificia, lithostrota.

Omnes diuersae rupes Giebichensteinenses ex orientali in occidentalem plagam extenduntur: et saepe vna eademque species supra sub humo finditur horizontaliter et strata format, quae in maiore profunditate solida est, nec vestigia fissurum horizontalium monstrat.

78. SAXVM impalpabile filiceum fuscum, granis spatosis rufescentibus et albis.

Porphyr.

Porphyrius montis sereni. Vulgo.

Locus: totus mons serenus hoc lapide constat: huic similis in rupe auf der Gimrizer Wiese occurrit:

Quo melius differentia horum saxorum (73. 78.) quae nomen porphyrii merentur, perspiciatur, illa et inter se et cum porphyrio aegyptio rubro, cuius fragmentum antiquum utrinque politum, Celeb. Dnus PRAESES beneuole communicauit, conseramus.

- α. Saxum 73. prope Halam, an und in der Allee, est dilute rubrum, aut ex rubro et cinerascens compositum; particulis magis cota-ceis, omnium maxime friabile; granis spatosis albis aut potius ad flauum colorem vergentibus inaequalibus, et quarzosis plurimis. Parce scintillat, rasura album.*
 - β. Saxum 73. im Stadtgraben hinter der Schulkirche saturatius est, sed colore ad cinereum vergente, granis spatosis maioribus albis et rufescentibus subaequalibus crebris, quarzosis rarioribus; magis scintillat, parum rasile.*
 - γ. Saxum 73. inter Giebichenstein et Trotha, multo saturatius est colore paullo ad hepaticum inclinato, granis multis spatosis subaequalibus maioribus albis et rubicundis, quarzosis vix ullis; multum scintillat, non rasile est sed ad ictus chalybis diffilit.*
 - δ. Saxum impalpabile filiceum sanguineum, granis spatosis albis compactis decussantibus. Porphyrius seu leucostictos obscure rubens seu purpureus, maculis paruis niueis seu etiam dilute rubentibus. SCHEVCHZ. belu. 6. p. 122. Porphyrius aegyptiacus, Porphyrites leucostictos PLIN. 36, 7. coloris sanguinei saturati est, granis multis oblongis subaequalibus intercussantibus, spati candidissimi, nonnumquam punctulis sanguineis adpersi, compacti et scintillantibus; insuper multis punctis obscurioribus, quarzosis, in lapide rudi non, sed in polito oculo attento manifestis interspersis; durissimum est, omnium viuacissime scintillans, ad chalybem diffiliens, nullo modo rasile.*
 - ε. Saxum 78. est coloris hepatici, granis spatosis albis et rufescentibus subaequalibus, quarzosis paucis: multum scintillat, ad chalybem non rasile, sed diffiliens.*
- Hinc sequitur, ad δ. proxime accedere γ. et ε, sed γ. magis; et δ. omnium maxime accedere ad naturam iaspideam, tum γ. δ. β. α. reliquae*

reliquae varietates 64. inter has intermediae, facile collocandae sunt.

79. SAXVM cotaceo quarzofum, particulis lacteis. LINN. S. N. 31, 5.

Locus: inter rupes Giebichensteinenses in frustis; in der Heide undique dispersum; colore saepe nigricante.

80. SAXVM spatofum rufum, mica nigra, particulis quarzosis. LINN. S. N. 31, 11.

Locus: Beichliz, rupestre.

Constat spato compacto scintillante, rufo aut albido, particulis quarzosis et mica nigra distincto; inseruit ad exornanda opera hydraulica in horto Stecheriano Beichlizenfi.

81. SAXVM quarzoso-cotaceum incarnatum, squamis micaceis nigris decussantibus. LINN. S. N. 31, 8.

Locus: vagum in campis.

82. SAXVM cotaceum rufum, granulis quarzosis albis. LINN. S. N. 31, 2.

Schistus bruno-ruber micis refertus. DACOST. foss. 1. p. 176.

Saxum Rothenburgense ex pallido omnium durissimum. LERCH. oryct. 16.

Locus: Rothenburg, rupestre.

Vsus frequens ad molares lapides.

83. SAXVM quarzofum spatofum album, mica squamosa atra. LINN. S. N. 31, 6.

Locus: Ophausen, et passim vagum; continet saepe grana granati.

84. SAXVM schistofum nigrum, mica argentea.

Locus: supra et inter strata lithanthracum, praesertim Dölau.

Constat schisto nigro, scriptura cana, refertissimo miculis micae argenteae.

85. SAXVM cotaceum cinereum, mica argentea.

Locus: Wettin ubi stratis lithanthracum incumbit, hinc vocatur Dachgestein.

Constat lapide cotaceo cinereo, granis inaequalibus, mica argentea distincto.

Omnes huius generis species vagae saepe sunt passim in campis, a rupibus suis disruptae.

TOPHVS.

86. TOPHVS calcareus lebetum. LINN. S. N. 32, 1. Kesselstein.
 Porus aqueus, aqua simplici generatus. WALL. min. 297.
*Locus: in ahenis, ubi generatur ab aqua fontana copiose, a flumina in
 nore copia.*
87. TOPHVS argillaceus polymorphus. LINN. S. N. 32, 5.
 β. Tophus glareae farinacae, porosus et reticulatus. GRON. *supell.
 lap. p. 52, 2.* Zabenstedter Camenttoph.
 γ. Zingiberites. LERCH. *oryct. p. 25.* Ingwerstein.
*Locus: β. Zabenstaedt. γ. Brandorf, vineae Halenses, ripae Sa-
 lae passim: ad viam inter Gröbers et Groskugel, saepius fistu-
 losus*.*
 β. Plerumque est ex turfa generatus, coloris albidī, flauī aut sub-
 fusci; saepe includens conchas cochleasque, ramulos et folia ve-
 getabilium; coralla, ad quae pertinet: Weiße feine marmorar-
 tige Masse mit durchgehenden zweigigen Madreporiten, mit
 runden Aesten, ingleichen einigen innesizenden pectunculiten,
 aus dem Tophbruche bei Zabenstedt *. Conf. 102, 1. 5. 7.; 113.
 115. 117.
*Vsus: metallurgicus ad promouendum fluxum schisti cupriferi
 Mansfeldici; ad aedificia.*
88. TOPHVS calcarius stalactiticus, superficie verrucosa. GRONOV.
supell. p. 53, 19. Blumenkohltoph.
 β. Tophi species quae musco similis est. LERCH. *oryct. p. 25.*
 Moostoph.
*Locus: Querfurt in marmore 18. Lieskau in marm. 19. Schaafstedt
 Constat ramulis lutescentibus congestis vel inordinate dispositis, ut
 α. vel erectiusculis apice contiguis, hinc superficie verrucosa; ut β.
 vel verrucis simplicibus crassioribus aggregatis. Omnis cal-
 carius est et in acidis soluitur.*
89. TOPHVS argillaceo-ochraceus. LINN. S. N. 32, 7.
 Terreficatum vegetabile radice. WALL. min. 313.
Locus: Laublingen et comit. Mansfeld. passim.
*Concretus ex foliis et radicibus emortuis, nonnumquam et conchis
 variis.*

90. TOPHVS arenoso-ochraceus. LINN. S. N. 32, 7.

Locus: α. Sala, lectus a celeb. Dno PRAESIDE: optime conuenit cum descriptione Linnaeana, ferrum incorruptum includit. Conf. BÜTTN. rud. 281.

β. arenifodina in der Heide prope Nietleben; concretus ex glarca alba, et ochra ferrea; fistulosus est, hinc dicitur Sandpfeifen; intra cavitatem continet arenam albam.

γ. Integra rupes in der Heide bei dem grossen Fafahnteiche, constat ex sabulo ochra ferri concreto, hinc ad hanc speciem referenda. Coloris rubiginosi est, stratis fissilibus, nonnullis friabilibus, aliis solidioribus.

91. TOPHVS humoso-ochraceus. LINN. S. N. 32, 8. Sumpferz.
Ferrum argilla mineralisatum, minera intrinsece colore ferreo aut caeruleo. WALL. min. 252.

α. Minera ferri subaquosa rubens. WALL. min. 252, 1.

Ferri minera rubicundi coloris et maxime in pulueris forma; mulmige Eisenminera. LERCH. oryct. p. 53.

Locus: Brachwiz, Nauendorf, friabilior et obscurior; Giebichenstein e regione patibuli, solidior, dilutior.

STALACTITES.

92. STALACITITES cretaceus incrustans. LINN. S. N. 33, 1.

Porus aqueus crustaceus, circa alia corpora concretus. WALL. min. 298.

α. Incrustatum calcarium. WALL. min. 298, 1. LERCH. oryct. p. 31.

β. Incrustatum salinum. WALL. min. 298, 3. Scheep.

Locus: α. Puteus quidam Halensis LERCH. inter Wettin et Rothenburg, quod frustula pauca schisti, et lapillos rubros solidos, nec cum acidis efferuescentes, nec ad chalybem scintillantes, nec politionis capaces, incrustat. Lapis ipse albus est, nonnunquam subspatosus.

93. STALACTITES marmoreus tunicato-crustaceus, apice natro-
sus. LINN. S. N. 33, 2.

Porus aqueus stillatitius, in aëre sub stillicidio concretus pendulus. WALL. min. 299.

Locus:

Locus: cellae antiquae.

94. STALACTITES marmoreus solidus. LINN. S. N. 33, 4.

Stalactites seu stalagmites, Sinter. HENKEL. pyritol. 341.

Locus: Wettin, ad parietes cuniculorum derelictorum.

Constat crusta tenui albido-cinerea solida, superficie undulata.

95. STALACTITES calcario-natrosus supra aquas concretus.

Schwimmender Sinter. HENK. pyrit. 342.

Locus: Wettin in cuniculis derelictis, superficiei aquarum ibi stagnantium innatus et quasi natans.

Constat crusta tenui alba superficie aequali, intus crystallis natrosis vix pellucidis parvis oppositis aggregatis.

92. STALACTITES argillae calcariae laxo innatus crustaceus sinuosus. GRONOV. supell. 55, 5.

Locus: Giebichenstein am Schloßfelschen, ab aquae inde defluentis rivulis generatus.

Constat bracteis tenuibus cinereis, superficie botryiformibus, faxis adhaerentibus; nonnumquam lichenes incrustat ibidem habitantes. Effervescit cum aquaforti. Oculo armato aliquid crystallini monstrat.

AETITES.

97. AETITES embryone terrestri libero. LINN. S. N. 35, 2.

Aëtites terra inclusa. WALL. min. 448.

Aëtites geodes. LERCH. oryct. p. 23.

Locus: limifodina Halensis nonnumquam; sabuletum Diemizenense.

98. AETITES embryone terrestri fixo. LINN. S. N. 35, 2.

Aëtites figurae globosae, cylindricae, conicae, ovalis et oblongae, crustae ex flauo rubicundae, ita ut eminus nonnulli eorum exacte placentulas, vulgo Pfannkuchen, mentiantur; malleo autem diffracti omnes arenam albicantem cum flavescente mixtam offerunt.

LERCH. oryct. p. 23.

Locus: arenifodina in der Heide, prope Nietleben.

Constat topko ochraceo; intra quem continetur glarea.

99. AETITES embryone lapilluloso libero. LINN. S. N. 35, 3. mat. med. lap. 53.

*Klapperstein.
Aëtites*

Aëtites lapide incluso mobili. WALL. *min.* 448, 1.

Aëtites externe scaber et colore varius, alium lapillum continens,
vnde concussus crepans sonat. LERCH. *oryct.* p. 23.

Locus: Diemiz in sabuleto; Seeburg.

CALCVLVVS.

100. CALCVLVVS testae concharum. LINN. S. N. 37, 8. *mat. med.*
lap. 56. Perl.

Calculi animalium concharum. WALL. *min.* 454.

Locus: Passendorf, in musculo vulgari, seu Concha 1332. LINN. *Fn.*
Suec. observante viro rerum naturalium admodum perito G. A.
GRÜNDLERO, *chalcographo.*

ORDO II.

PETRIFICATA.

HELMINTHOLITHVS.

101. HELMINTHOLITHVS lithophyti. LINN. S. N. 38, 1.

Coralla. WALL. *min.* 318. sqq. LERCH. *oryct.* 31.

In tanta coralliorum fossilium copia notabiliora tantum, praesertim ex museo Celeb. Dni PRAESIDIS, aut quae LINNAEVS in diss. corallia baltica, amoen. ac. 1. p. 74. recenset, adducemus. Quae potissimum filiceae indolis esse, LERCHIVS vult: nos pauciora filicea, sed maximam coralliorum partem indolis calcariae esse observauimus.

1) *Madrepora simplex turbinata laevis: stella concaua. LINN. cor. balt 1. f. 1-7. praesertim varietas γ. δ. ε. In arenifodina Diemizenfi et Schraplauiensi. Massa calcaria alba: δ. spatium calcarium candidum.*

2) *Madrepora composita, cylindris flexuosis scabris, cortice hinc inde coalitis LINN. cor. balt. 7. f. 13. Fragmentum corallii BUTTN. corall. 20. t. 1. f. 10. Rami collaterales nodosi BUTTN. cor. 21. t. 2. f. 1, 1. ramus corallinus densior nodosus striatus ac*

gyratus. BÜTTN. corall. 22. t. 2. f. 10. Prope Halam, Querfurtum.

3) *Astroitae* variae species. WALL. min. 322. LERCH. or. 32. BÜTTN. corall. 21. t. 1. f. 14. 15. 22. t. 2. f. 5.

4) *Millepora* subrotunda, poris minimis confertis, maioribusque crenatis remotis. LINN. cor. balt. 13. f. 24. In silice prope Halam. In marmore Querfurtensi.

5) *Millepora* poris contiguis angulatis, diaphragmatibus transversalibus plurimis. LINN. cor. balt. 15. f. 21. In massa calcaria alba prope Halam.

6) *Millepora* poris contiguis subrotundis, diaphragmatibus transversalibus plurimis. LINN. cor. balt. 16. f. 23. Placenta corallina BÜTTN. corall. 23. t. 2. f. 15. 16. Hala passim.

7) *Millepora* tubis ouatis, longitudinaliter reticulatimque concatenatis LINN. cor. balt. 17. f. 20. Corallion globosum et quodammodo pressum, ductibus erroneis, gyratis ac contortis. BÜTTN. corall. 20. t. 1. f. 11. In arenifodina Diemizenfi indolis calcariae.

8) *Millepora* tubulis contiguis angulatis confertis parallelis. Massa corallina globulum porosum continens. BÜTTN. corall. 22. t. 2. f. 6, 7. In silice ex agro Halensi; arenifodina Querfurtensis. Specimen huic simillimum in campo prope Halam legit cel. Dn. PRAESES, constans ex saxo 79. ingentis magnitudinis ultra 10. lb. ponderans, tubulis parallelis crassitie pennae anserinae.

9) *Millepora* membranacea plana, punctis contiguis quincuncialibus. LINN. cor. balt. 20. f. 19. Lapis corneus, reticulo marino, f. Retepora et Eschara obductis. BÜTTN. corall. 29. t. 4. f. 9. Circa Querfurtum.

10) *Millepora* ramis cylindraceis dichotomis, seriebus longitudinalibus punctatis. LINN. cor. balt. 11. f. 15. Corallia subtilissima BÜTTN. corall. 28. t. 4. f. 1. Inter arenam prope Diemiz et Querfurt in silice.

11) *Millepora* ramosa, tubulis ad angulum acutum coeuntibus. Longitudinaliter dissecta figuram habet spicae secalinae; transversim, entrochos refert, in marmore flavescente nitido. Prope Löbejün repertum et communicatum a Dn. D. IAMPERT.

- 12) *Tubularia* tubis hexangulis. WALL. min. 321, 5. Specimen singulare corallinum gothlandicum. LINN. cor. balt. 21. f. 27. *Passim in agris Halensibus observatur; indolis calcariae, colore albo aut caerulescente, descriptioni Linneanae ex asse respondens.*
- 13) *Alcyonium* cauernosum. *Alcyonium primum Dioscoridis. DONAT. adr. 59. t. 8. E museo cel. Dni PRAESIDIS. Cauernae maiores et minores punctiformes irregulares, ut describuntur et depinguntur a DONATO, repletae materia albida et subdiaphana calcaria.*
- 14) *Alcyonium* lamellosum. Fungites ex membranis undulatis compositus. WOLT. min. p. 44. Constat lamellis fornicatis, nonnumquam sinuato-flexuosis, sibi incumbentibus, saepe milleporis hinc inde repletum, quae ad essentiam corallii non pertinent. Coloris est flauī aut albidī, in aliquo subdiaphano puncta nigra crebra inter lamellas. In campis prope Halam, Pritschene, Wettin; vagum, calcarium; polituram recipit optimam, et adspectum praebet iucundum.
102. HELMINTHOLITHVS testacei. LINN. S. N. 38, 2.
- α. Helmintholithus cochleae. LINN. S. N. 38, 2. b.
- 1) *Cochlites* WALL. min. 366. LERCH. oryct. p. 35. *Prope Querfurt, Eisleben in topko, Lieskau in marmore, Schraplau inter sabulum.*
- Cochlearum operculum lapideum. WALL. min. 366. 4. *In turfa Zabenstedtensi, calcinatum.*
- 2) *Neritae*. WALL. min. 367. *Neritae LERCH. oryct. p. 36. In marmore Querfurtenſi saepius crystallulis spatosis repletae; in arenifodina prope Schraplau.*
- 3) *Trochites* WALL. min. 368. LERCH. oryct. p. 35. *Cum praecedente.*
- 4) *Buccinitae* WALL. min. 369. LERCH. oryct. p. 35. *Prope Querfurt, Weidenbach, Farrenstedt, Lieskau in marmore; Schraplau in sabuleto calcinati.*
- 5) *Strombitae*. WALL. min. 369. LERCH. oryct. p. 35, BÜTTN. rud. p. 143 225. t. 29. *Cum praecedente; Esperstedt. Huc pertinet: Ein von einander gesprengter noch nicht 2 Linien langer*

unausgefüllter Strombus, woran man die innere Structur schön sehen kan, aus dem Tophsteinbruch bei Zabenstedt *.

- 9) *Turbinites* WALL. min. 371. LERCH. *oryct.* p. 35. *Cum praeced.* Huc referendi: Ganz kleine Turbiniten mit natürlicher Schale, in einem ansehnlichen Stück verhärteten Tophs ohnweit der faulen Wiese vor Halle *.

CONF. BÜTTN. *rud.* t. 27. f. 2-10. 16. 18. 30.

- 7) *Volutites* WALL. min. 372. *Voluta testa naturali colorum reliquiis insigniis minima, in terra turfacea petrificata von Zabenstedt *.*

β. Helmintholithus cypraeae.

- 8) *Concha venerea.* WALL. min. 377. BÜTTN. *rud.* p. 256. *Prope Schraplau, infrequens.*

γ. Helmintholithus dentalii.

- 9) *Canalites.* WALL. min. 364. *Tubulites, entalium.* LERCH. *oryct.* p. 36. BÜTTN. *rud.* 266. *In marmore prope Querfurt; in sabuletis prope Schraplau et Diemitz; limifodina Loderslebenfi.*

- 10) *Vermiculites.* WALL. min. 394. *Tubuli vermiculares.* SCHEVCHZ. *hist. nat. helu.* 6. p. 289. *In filicibus, ex agro Halensi *.*

δ. Helmintholithus nautili. LINN. S. N. 38, 2. c.

- 11) *Nautilites* WALL. min. 365. LERCH. *oryct.* p. 34. BÜTTN. *rud.* 271. t. 30. f. 1. *Prope Querfurt in marmore.* Ein kleiner Nautilit in Feuerstein mit 7 Concamerationen und deutlicher letzter Windung *.

- 12) *Cornu ammonis* WALL. min. 378. LERCH. *oryct.* p. 34. BÜTTN. *Kukenb.* p. 6. fig. *rud.* p. 270. t. 13. *Prope Weidenbach, Querfurt, Ophausen, Kukenburg, raro testa adhuc integra; ad Halam in filice.* *Ad hanc speciem pertinet:* Ein in einen Feuerstein eingeschwemmtes noch nicht 2 Linien im Durchschnitte grosses Ammonshorn von 3 Windungen, woran man an den 2 äußersten die Concamerationes recht schön sehen kan; bei Schraplau gefunden *. Ein ganz kleines Ammonshorn, mit 2 Windungen, auf einem Feuerstein hinter dem Waisenhaufe gefunden *.

- 13) *Orthoceratiti recti.* WALL. min 395. 1. *Orthoceratites* LEHM. *Flözgeb.* p. 73. t. 1. F. C. D. bon. *Alueoli* LVIDII SCHEVCH. *hist. nat. helu.* 1. t. 5. f. 10. 6. p. 325. f. 157. *Tubulus concameratus* KLEIN. *tubul. marin.* p. 7. t. 2-8, *Variat et situ siphonis,*
qui

qui vel centralis, vel eccentricus, vel marginalis est, circumferentia vel orbiculari vel angulosa; et structura externa, quo respectu KLEINIVS c. l. varietates eius optime determinavit. His valde affines sunt conii concamerati aut alveoli, basi Belemnitarum saepius inserti KLEIN. tub. p. 12. qui pariter ut orthoceratitae, cameras habent hinc convexas, inde concavas, et siphunculum; quare SCHEVCHZERS falso orthoceratitas pro talibus alveolis habuit. Discrimen forsitan ponendum erit in figura, ut conici omnes pertineant ad belemnitas, ad orthoceratitas vero cylindrici cameris aequalibus, et fusiformes oblongi sensim attenuati, horumque fragmenta.

Vagus est passim circa Halam. Huc referendi erunt: Eine geschliffene Platte von Muschelmarmor, darauf drei Orthoceratiten zu sehen, denen die Kammern zum Theil mit Spat ausgefüllt sind, und deren einer den Siphon schön zeigt, von den Aeckern um Halle*. Zwei orthoceratiten, davon der eine den Siphon deutlich zeigt, ex agro Halensi*. Quibus addendi ex museo Cel. Dni PRAESIDIS: Orthoceratites siphone marginali cylindrico geniculato. Orth. cylindricus, siphone eccentrico tereti spatioso. Orth. motu torrentis laeuigatus.

14) *Asteriae* WALL. min. 350. LERCH. *oryct.* p. 38. *Astroites* BÜTTNERUD. 275. t. 16. f. 5. (α.) 3. (β.)

(α) *Asteriae* angulares. WALL. min. 350. 1. *Lapides stellares* RITT. *calenb.* 1. p. 17. f. 4. *Asteria* pentagona, lineis polygoni introrsum angulosis. SCHEVCHZ. *belu.* 6. p. 323. f. 152. *Asteriae* pentagonae pentaphyllae. ROSIN. *stell. marin.* p. 35. t. 5. (*Asteria* tetragona ROSIN. *stell.* p. 35. t. 5. f. 18, 19. *rarius occurrit ad Diemiz in sabuleto.*)

(β) *Asteriae* columnares WALL. 350, 2. *Asteria* entrocho similis. SCHEVCHZ. *belu.* 6. p. 322. f. 150, 53, *Asteriae* pentaphyllae. ROSIN. *stell. mar.* 40. t. 4. 5.

Ambae varietates in sabuleto ad Diemiz Schraplau, in silicibus. Alle Sorten von Asteriis, sowol einzeln als zusammengesetzt, theils in ihrer spatartigen Substanz, theils in schönen Abdrücken in Feuersteinen*.

Circa asteriarum originem dissentiunt auctores; quidam pro petrificatis Medusae habent, quod refutat petrificatum Medusae ap. ROSIN. l. c. p. 88. t. 10. f. 2. nec asteriae verae ramosae inueniuntur: quidam pro partibus caudae encrinorum habent; sed illas cum entrochis confundunt falso, cum asteriae loculos quinque stelliformes, entrochi vero strias ex centro radiantes habeant; cum in tanta encrinorum multitudine, quae in museis est, nec vnus hucusque fuerit repertus cauda pentagona. Sunt vero siphones orthoceratitarum; quod de var. α . probat Orthoceratites Blankenburgensis cylindricus, concamerationibus lamellosis tenuibus, striis ex centro radiantibus, siphone centrali; seu tubulus concameratus circulis asper KLEIN tub. p. II. cuius siphon, qui mobilis, est asteria quinquangularis quodammodo pressa, ochra ferri tinctoria; vagina similiter quinquangulari. De var. β . idem monstrant Gothlandici duo, alter cylindricus transuersim profunde fulcatus: sulcis transuersim striatis; alter cylindricus transuersim obiter fulcatus, vterque siphone centrali, constante ex asteriis substantiae spatatae. Atque hi sunt ex museo Fautoris nostri saepius laudati. Quod vero loculamenta quinque asteriarum harum in subiecto naturali aut vacua, aut substantia animali repleta fuerint olim, probat asteria var. β . solitaria candidissima vix petrefacta, in qua loculamenta vacua sunt, non repleta; quam cel. Dn. PRAESES cum alia, in qua loculamenta parua quantitate materiae lapideae plena sunt, eruit ex arenifodina prope Schraplau. Huic simillimam in silice exhibet ROSINVS stell. t. 9. A. 2. qualis et apud nos reperitur.

- 15) Petrificata animalia vermium holothuriarum. WALL. min. 346. Belemnites. LERCH. oryct. p. 32. KLEIN. tub. marin. p. 13. t. 5-9. BRÜKM. thes. subt. 73. t. 15-17. BÜTTN. corall 46 t. 4. f. 19. In silice, BÜTTN. in arenifodina Diemizensi. Dispositionem varietatum vid. in KLEIN. cit.

ε. Helmintholithus conchae. LINN. S. N. 38, 2. d.

- 16) Chamites. WALL. min. 380. Chama. LERCH. oryct. p. 36. Concha. BÜTTN. rud. p. 263. t. 27. f. 1. 28. A 2. B. Prope Querfurt, Schraplau in sabuleto; Esperstaedt in silice, Nietleben in aëtite. LERCH. oryct.

17) Chamae

- 17) *Chamae pectinatae petrificatae*. FRISCH. *musf.* HOFM. p. 57.
Chama rugosa subtiliter striata. LERCH. *oryct.* p. 36. *Prope*
Querfurt. Valua einer *Chamae pectinatae*, 2 Zoll lang, aus und
 auf Feuerstein, aus der hallischen Gegend *. *Chamae pectinatae*
 schema in einer Sumpferzschale vom Sandberge in der Heide *.
- 18) *Musculites* WALL. *min.* 381. LERCH. *oryct.* p. 36. *In marmo-*
re prope Querfurt, Kukenburg, Lieskau.
- 19) *Tellinites*. WALL. *min.* 383. LERCH. *oryct.* p. 37. *In limifodi-*
na Halensi.
- 20) *Bucardites* WALL. *min.* 384. LERCH. *oryct.* p. 37. *Prope*
Querfurt, Esperstedt.
- 21) *Conchiti valuis striatis, pectinum*. WALL. *min.* 394.
Pectinites non auritus, LERCH. *oryct.* p. 37. *Prope Weidenbach*
et Kukenburg.
- (3) *Pectinitae auriti* WALL. *min.* 385, 1. LERCH. *cit. Cum praec.* Flache
 ungleichseitige geöhrte Muschel mit zarten Querstreifen von
 Ophausen: sie hat die Figur einer Iacobsmuschel, aber ohne
 Centralstreifen *. Dergleichen erhabne Hälfte nach der innern
 Seite auf Muschelmarmor, eben daher *.
- 22) *Solenites* WALL. *min.* 386. LERCH. *oryct.* p. 36. *Prope Quer-*
furt, Lieskau.
- 23) *Anomiae*. WALL. *min.* 388. *Terebratula, f. concha anomia*
 LERCH. *oryct.* p. 38. *Prope Weidenbach, et in filice Halensi* *.
- 24) *Ostreo-pectinites* WALL. *min.* 389. *Pectunculi lacunosi*. LERCH.
oryct. p. 38. *Prope Querfurt et Weidenbach; Diemitz in are-*
nifodina.
- 25) *Hysterolithus*. WALL. *min.* 423. BRÜKM. *thes. sub. p. 1. t. f. 1.*
 Exemplar integrum filiceum cornei coloris, in filice atro, le-
 ctum in campis Halensibus, possidet cel. Dn. PRAESES.
- 26) *Conchites anomius: valuis trilobis*. Lapidēs bini aluminosi dif-
 fracti nigri fissiles, insectorum vestigia et figuras exhibentes, col-
 lecti in celebratissima lapidicina aluminaria Andrarumenſi in Sca-
 nia. BROMELL. *lith. Suec. spec. 2. p. 494. f. bon.* Eiusdem
 generis lapides alii nigri, in quibus insectorum horum vestigia
 tenui mica aurea et argentea obducta, auri atque argenti colore
 elegan-

eleganter coruscans; ex eadem lapidicina Scanica aluminaria. BROM. *lith. sp. 2. p. 494. f. 496. 97.* Scarabaeorum vel aliorum vaginipennium animalculorum vestigia, lapidi scissili fusco ac foetido impressa. Ex Wgothiae paroecia Karabylonga. BROM. *lith. sp. 2. p. 525. f. 526. mala.* Lapis Fissilis subalbidus vel fuscus, in superficie et inter strata sua minimorum vermiculorum vaginipennium et crustatorum imagines innumeras exhibens, inuentus intra eiusdem Karabylongae lapidicinam calcariam in Wgothia. BROM. *lith. sp. 2. p. 526. f. 527.* Eiusdem generis lapides insectiferi, circa coenobium Wgothiae celebratissimum Warnhementse collecti. BROM. *lith. sp. 2. p. 527.* Saxum foetidum nigrum, spoliis insectorum maiorum vaginipennium refertum, ex eadem lapidicina in Karabylonga. BROM. *lith. sp. 2. p. 528. f. ibid. mala.* Eiusdem generis ac magnitudinis insecta crustata, lapidi calcario candido communi et inodoro immersa. Ex Wgothiae paroecia Dahla. BROM. *lith. sp. 2. p. 528.* Pagurus marinus lapideus. BRÜKM. *th. subt. p. 26. t. 1. f. 2. auersa.* Conchites rotundus seu oblongus, tribus lobis distinctus, scarabaeum quodammodo referens. Conchites trilobus. WOLT. *min. p. 42.* Käfermuschel. LEHM. *Flözgeb. p. 72. t. 1. f. A. B. bon.* In sabuleto Diemizeni rarissima; vaga nonnumquam circa Halam. Eine kleine Käfermuschel mit derjenigen vorgekehrten Schale, welche LEHMANN von Flözg. t. 1. A. abbilden lassen, in gelbgrauen Kalkstein ex agro Halensi *. Dergleichen etwas größere Muschelschale, welche sich von der innern Seite zeigt, auf grauen Muschelmarmor, eben daher *. Conf. BÜTTN. *rud. t. 18. f. 13. ubi a latere anteriore conspicitur, sed nimis conica et acuta.* Ceterum non perspicio similitudinem cum coleoptero aut paguro, quae utrinque plane nulla est.

103. HELMINTHOLITHVS zoophyti. LINN. S. N. 38, 3.

α. Helmintholithus echini. LINN. S. N. 38, 3. a.

1) Echinorum testae lapideae. WALL. *min. 390.* Echinites seu bufonites LERCH. *oryct. 33.*

(α) Echinites fibularis WALL. *min. 390, 5.*

In arenifodina Diemizeni, nonnumquam crusta naturali spatosa.

β. Echi-

- (β) *Echinites mammillaris*, *echinometrites* WALL. *min.* 390, 1. *Huc pertinet*: Ein etwas gequetschter nicht ganz ausgefüllter nucleus eines echini cidaris, im Feuerstein bei der faulen Wiese *.
- (γ) *Echinites fastigiatus*, *echinoconites* WALL. *min.* 390, 3. *Echinites galea* FRISCH. *musf.* HOFM. p. 33. *castis galeolus ib.* *Prope Wesseniz, in sabuletis ad Schraplau et Diemiz.*
- 2) *Echinorum clauiculae lapideae.* WALL. *min.* 391. *Lapis iudaicus* LERCH. *oryct.* p. 33. *In silice saepe impressus; in arenifodinis prope Diemiz et Schraplau, striatus et tuberculatus; copiose prope Laublingen.*
- 3) *Echinorum radii lapidei.* WALL. *min.* 392. *Aculei echinini* BÜTTN. *cor.* 46. t. 4, 16. *In arenifodina Diemizenfi; in silice.*
- 4) *Echinorum testarum fragmenta, eminentia papillari caua praedita.* WALL. *min.* 393. *Impressiones exuuiarum echininarum.* BÜTTN. *corall.* 46. t. 5. f. 7. *In silice varius.*
- β. *Helmintholithus Medusae.* LINN. *S. N.* 38, 3. c.
- 5) *Helmintholithus medusae ramosissimus, ramis parallelis angulatis articulatis: articulis multifidis.* GRONOV. *supell.* 18. n. 10. *Encrinus* BRÜKM. *thesf. sub.* p. 65. t. 12. *Stella marina* LERCH. *oryct.* 38. ROSIN. *stell. marin.* p. 1. t. 1-3. RITTER. *oryct.* *Calenb.* 2. p. 9. f. 2. 3. 4. *bon. oryct.* Gosl. p. 20. t. 1. f. 3. *Locus rarissimus im farrenstedter Lohbruch et prope Obhausen: plerumque stella quinquangularis, nonnunquam sexangularis est, cuius exemplar speciosissimum, ex museo Dni PRAESIDIS in aliud museum illustre translatus, aeri incisus exhibet* KNORRIVS *coll. petrif. t. IX. a. aliud cel. Dn. PRAESIS adhuc possidet: Conf. ROSINVM c. t. 14.*
- 6) *Petrificata animalia articulorum compositorum stellarum marinarum, forma cylindrica longiori, centro distincto, superficie per circulos in determinata distantia diuisa.* WALL. *min.* 348. *Entrochus* LERCH. *oryct.* p. 38. ROSIN. *stell. marin.* p. 72. t. 8. *Trochitae* p. 6. t. 7. *Sunt fragmenta caudarum encrinorum, vel distincta (Trochitae) vel concatenata (Entrochi); quod docet autopsia, collatio entrochi cum cauda encrini integra et diffracta, et habitatio iuxta encrinos; vid. fig. encr. LANG. cit. et RITT. tab. cit.*

Locus: Querfurt in marmore. Schraplau et Diemitz in arenifodina. Entrochi milleporis inducti, in arenifodina Diemizenfi.

- 7) *Asteriae ambitu protuberanti tumidae. ROSIN. stell. mar. p. 31. Dolioli figura lapillus SCHEVCH. hist. nat. helu. 1. t. 5. f. 7. sunt entrochi doliiformes, margine nonnihil eleuato; quibus distinguitur cauda, encrini velut rosarium globulis maioribus; qui eo magis conferti sunt, quo propius cauda ad corpus accedit; quod in encrino magno (103, 5.) egregie apparet.*

E N T O M O L I T H V S.

105. ENTOMOLITHVS coleopteri. LINN. Mus. Tess. 92, 2. S. N. 39, 2.

Entomolithus pterygeus scarabaei, WALL. min. 344, 1.

Locus: Rothenburg.

Stalactites schisti frustula incrustans, continet CARABI aurati thoracem et elytra, lapidi a tergo tenacissime adhaerentia, a corpore separata.

Argilla tessellata auf dem Lerchenfelde continet in superficie ELATEREM qui Scarabaeus minor longo et angusto corpore totus niger, saltatrix. RAI. hist. inf. 78. n. 14. 92. n. 1., integrum argilla totum ubique repletum fragillimum; vix tamen huc trahendum.

I C H T H Y O L I T H V S.

106. ICHTHYOLITHVS piscis schistofus. LINN. mus. Tess. 100. n. 1. S. N. 40, 1. Fischschiefer.

Zootypolithi piscium. WALL. min. 352.

Pisces in lapide fissili cupreae naturae cum squamis adhuc conspicui. LERCH. oryct. p. 39.

Ichthyites Eislebiensis ex comitatu Mansfeldico. SCHEVCHZ. querel. pisc. p. 8. t. 2.

Locus: schistus in tecto schisti cupriferi ubique; Eisleben, Rothenburg, com. Mansf. reliquis locis.

Errant auctores, si rhombulos superficiem ectyporum piscium tegentes, pro squamis venditant, (quae raro vel numquam reperiuntur rhombeae): cum potius caro piscis sint.

107. ICHTYOLITHVS piscis marmoreus. LINN. *mus.* Tess. 100.
n. 2. S. N. 40, 2.

Locus: Esperstedt.

In museo cel. Dni PRAESIDIS est piscis malacopterygius, marmor
albido subfissili immersus, ad dimidium corporis diffractus. Pin-
nae dorsales nullae, ventrales hic 3. conspicuae, 1. ad caput, lon-
gitudine $2\frac{3}{4}$ poll. rhen. non in eodem plano cum corpore, sed ad
ad latus flexa; radiis ultra 20. 2 ad duas tertias partes longi-
tudinis corporis, $2\frac{1}{4}$ poll. longae, radiis circiter 12, ambae ad la-
tus flexae. Corporis pars hic conspicua linearis, tecta squamis
rhombico-ouatis laevibus fuscis plerumque $\frac{1}{10}$ poll. longis, quibus
inhaerent nonnullae bracteae nigrae, laeves, splendentes. Caput
non discernendum, praeter vestigium aliquod branchiae. La-
titudine maxima ultra $1\frac{3}{4}$ poll. Lapis alias albido cinereus, ubi cor-
pus replet, gaudet colore griseo-lutescente. (Ein grosser Fisch-
knochen, scheint der grosse Backendeckel von einem Karpfen zu
sein, von Esperstedt *.)

Conf. BÜTTN. *rud.* p. 223. t. 24. B. f. 7. ubi pinnam caudalem mar-
moream exhibet, cui similis est: Ein grosser Fischschwanz an wel-
chem etwas einem Fragmente des Fischkörpers ähnliches ansitzt,
in einer Kalkniere von Ophausen*.

108. ICHTHYOLITHVS dentis squali 103. LINN. S. N. 40, 3.

Matterjünglein.

Petrificata animalia dentium acutorum piscium. WALL. *min.* 340.

Glossopetra. LERCH. *oryct.* p. 39. BÜTTN. *rud.* 242. t. 24. B. 9. γ.
A. 7.

Locus: Ophausen et Querfurt; Diemitz in arenifodina, Aaken, Hala
rarius in marmoris fragmentis vagis.

In museis praesertim Cel. Dni PRAESIDIS, sequentia reperiuntur
specimina ex dictis locis.

α. Glossopetra anceps incurva, margine integro. Maior est caeruleo-
cinerea, maculis hepaticis, hinc plana, inde conuexa, sinistror-
sum incurva; minor flaescens, maeandris albis quasi exesis, dex-
trorsum curvata. Basis solida.

β. Glossopetra anceps recta, margine integro. Dens piscis triangu-
laris

laris in acumen definens. SCHEVCH. *pisc. quer. p. 20. t. 3.* Dens piscis ora non ferrata. *ib.* Color flavescent, hepaticus, cinereus aut niger; saepe maeandris albis velut erosis distincta; una lutescens, cui altera pusilla contigua.

γ. Glossopetra teretiuscula anceps, basi bifurca. Dens piscis recurvus teretior SCHEVCH. *pisc. quer. p. 21. t. 3. belu. p. 335.* Glossopetrae lamiarum basi furcata WALL. *min. 340, 2.*

δ. Glossopetra teres recta striata, utrinque minoribus contiguis. Dens piscis tricuspidatus SCHEVCH. *pisc. quer. p. 21. t. 3. huc pertinet.* Ex basi nigra subbifurca exsurgit dens niger, et cuspides 2, 4. aut 6. parvae, utrinque 1, 2, aut 3. nonnumquam plures, striatae. In marmore Querfurtenfi.

ε. Glossopetra laevis subulata recta.

ζ. Glossopetra laevis subulata incurva. Dens fossilis teres recurvus. SCHEVCH. *pisc. quer. p. 21. t. 3.*

η. Glossopetra subulata striata. Nigra est, striis s. canaliculis minoribus. In marmore Querfurtenfi.

θ. Glossopetra subulata striata, apice laeui. Fusca est, striis tenuissimis exarata, apice distincto laeui.

ι. Glossopetra subulata subanceps, 4 ordinibus punctorum impressorum. In singula acie ordo simplex punctorum excuatorum contiguorum. In medio lateris plani ordo compositus punctorum excuatorum, quem utrinque cingit series punctorum distantium. In latere conuexo series duae punctorum distantium, et ad marginem dextrum ordo compositus punctorum contiguorum. Color obscure fuscus.

Glossopetras ε-ι. esse dentes delphini, probare videtur maxilla delphini, cui dentes adhuc inserti sunt, similis petresfactae mox describendae; e mus. excell. Dn. PRAESIDIS.

Maxilla integra eadem quam depingit BÜTTN. *rud. t. 10. f. 6. quam possidet cel. Dn. PRAESSES, substantiae est osseae, fusca, in superficie striata; ramus alter secundum totam longitudinem, quae est ultra 5. poll. rhen. patet; fissuras habet multas, marmore repletas. Dentes 14. conspicui sunt, anteriores $\frac{1}{2}$ poll. longi, posteriores longio-*

longiores; omnes medio diffracti, intus materia lutea repleti, medio longitudinaliter caui; sed foramina dentibus vacua, et vnicus dens integer extrorsum niger, monstrat, eos esse var. 4. Dentes fuere 31. Postice ad $1\frac{1}{3}$ poll. nulli sunt dentes. Alter ramus ad $\frac{2}{3}$ poll. exit. ex opposito lapidis latere, priori simillimus, long. $3\frac{2}{3}$ poll. medullae loco, vt prior, marmor includit; nullos dentes. Matrix est marmor conchyliis repletum Ophufanum.

109. ICHTHYOLITHVS dentis hemisphaerici. LINN. Mus. Tess. 100. n. 4. S. N. 40, 4.

Petrificata animalia dentium molarium piscium. WALL. min. 341.

Castanea petrificata. BÜTTN. rud. p. 201. t. 18. f. 1. Nux moschata.

BÜTTN. corall. p. 25. t. 3. f. 6. (β) Querfurtense fossile ib. p. 26. t. 3. f. 9. Idem vegetabile olim marinum. ib. t. 3. f. 10-12.

Piscis cuiusdam mandibula. SCHEVCH. quer. pisc. p. 21. t. 3.

Locus: Querfurt.

Dentes sunt hemisphaerici, nucleo fusco, in paruis subdiaphano, incrustato materia albida laeui calcaria, nonnunquam radiata amiantiformi, vix ultra dimid. lin. crassa. Aliquam similitudinem habent cum castaneis. Cel. Dn. PRAESES possidet:

α. Odontopetram laeuem maximam, alueolis duobus quibus olim odontopetrae inhaeserant, dendritis repletis.

Odontopetras duas magnas contiguas diffractas, ochra ferri lutea loco nuclei.

Odontopetram laeuem, topho verrucoso inhaerentem.

Odontopetras 11. paruas magnitudine pisi minoris, contiguas, nonnullas diffractas, quae vel nucleo carent, vel nucleum habent subdiaphanum: substantiam albam spatiformem, crustam tenuissimam nigram. Reliquae nigrae sunt, laeues splendentes. Inhaerent marmor conchaceo Ophufano.

Harum originem docet IVSSIEV act. parisin. 1723.

β. Odontopetras duas nigras, superficie striato-rugosa, marmor immerfas.

Odontopetras in maxilla. Haec est massa fere informis, substantiae osseae, coloris ex cinereo carnei, cui inhaeret odontopetra nigra laeuis, prope hanc vestigium alius; alia iuxta hanc priori simili

lis, sed ex situ naturali deorsum pressa; magnitudine castaneae. Matrix est marmor conchyliis scatens, in quo etiam sunt glosso-petrae duae var. ζ. albiae marmoreae.

Hic imprimis notandum: Ein Fragment von einem Fischkinbacken, 1 Zoll lang, und am breitesten Orte $\frac{1}{2}$ Zoll breit, noch nicht 3 Lin. hoch oder dicke, in welchem neben einander 7 Reihen schwarze Fischzähne, BÜTTNERS versteinte Castanien, feste sitzen, wiewol nicht mehr als 4 Reihen aus dem darauf befindlichen Gestein ausgearbeitet sind, und nur das 3 Reihen unterm Gestein noch verborgen, am abgebrochenen Ende zu sehen ist. Der sichtbaren Zähne sind 30 Stück, an den 12 äussersten zeigen sich die weislichen Wurzeln deutlich. Einige dieser Wurzeln sind an der Seite etwas abgesprengt, wodurch sich offenbaret, dass sie nach unten zu hol sind, welches auch an einem ausgebrochenen Zahne ersichtlich. Die grössten dieser Zähne sind wie knöpfe von Steknadeln, die man Stieflettennadeln nennet. Von 3 Stücken ist der oberste schwarze Theil abgebrochen, welche daher nur braune undurchbohrte Flächen zeigen *.

ORNITHOLITHVS.

II. ORNITHOLITHVS nidorum. LINN. S. N. 42, 4. WALL. min. 363.

Locus: Beichliz in topko fusco. v. DREYH. chron. hal. I. 648.

ZOOLITHVS.

III. ZOOLITHVS elephantis. LINN. mus. Tess. 100. n. 1. S. N. 43, 3. Gegraben Elfenbein.

Petrificata animalia dentium elephantorum. WALL. min. 334.

Vnicornu fossile. LERCH. oryct. p. 40.

Locus: sabuleta prope Diemiz et Schnaplau; Esperstedt, (dendrita ornatum) Giebichenstein, Quersfurt, Eisleben.

BÜTTNERVS rud. p. 224. sq. recenset sequentia, quae ad hanc speciem refert: Dentem caninum Elephantis, $2\frac{1}{2}$ vlnas longum seu ebur fossile, cum dendritis, p. 224. t. 10. f. 8. Dentem caninum alium in cote p. 142. Os elephantis p. 225.

Inprimis

Inprimis notari meretur dens vltimus molaris elephantis, in confiniis urbis a rustico quodam repertus et ad Dn. PRAESIDEM perlatus; geminus illi quem SLOANEVS in act. Paris. 1727. ed. Germ. VIII. 16. no. 764. descripsit: sed in eo diuersus quod hic sit vnus e medianis. Radix est solida non subdiuisa, ossea calcinata, fractura candida et dendritis nigris picta; figura pyramidis scalenae, cuius latus maximum est 5 poll. rhen. Huic oblique insunt lamellae parallelae, superficie undulata quasi imbricata; antica maxima, alt. $1\frac{1}{2}$ poll. lat. $2\frac{1}{2}$ poll. crass. 2 lin. postica minima alt. 9 lin. lat. $1\frac{3}{4}$ poll. crass. vt prior. Tota compages longa $5\frac{5}{8}$ poll. hae lamellae substantiam habent osseam parum immutatam, coloris albi; non sunt contiguae, sed substantia intermedia albida friabilis. Superficies externa sordida nigrescens. Pondus 1 libr. 2 unc.

Conf. FRISCH. mus. Hofm. p. 70. sq.

112. ZOOLITHVS ossium.

Versteinte Knochen.

Petrificata animalia ossium quadrupedum. WALL. min. 33.

Ossa animantium petrefacta. LERCH. oryct. p. 40.

Locus: Querfurt, Ophausen, Esperstedt; ubi praesertim reperiuntur vertebrae, costae, scapulae, ossa fistulosa animalium vix determinandorum; conf. BÜTTN. rud. p. 219. sqq. t. 23. 24: A, B. 25.

Costam, cuius cavitates omnes spatio subdiaphano repletae sunt, inuentam prope Ophausen communicauit Cel. Dn. D. IAMPERT.

β. Dentes fossiles. SCHEVCHZ. hist. nat. belu. p. 333.

Cel. Dnus PRAESES duos possidet, quorum maior $3\frac{3}{8}$ poll. rhen. longus, $\frac{1}{2}$ poll. in medio latus et $\frac{1}{4}$ crassus, coloris exalbidi, incuruus, sulcis longitudinalibus latis et profundis exaratus, versus apicem striatus. Ultra dimidium longitudinis cauus est, cavitare repleta marmore. Minor $1\frac{1}{2}$ poll. longus, fuscus, obiter sulcatus, secundum totam longitudinem cauus marmore repletus. Vterque inhaeret marmori albido, nec liquet, num quadrupedis sint an piscis.

P H Y T O L I T H V S.

113. PHYTOLITHVS plantarum. LINN. S. N. 44, 1.

Petrificata vegetabilia plantarum. WALL. min. 302.

Locus:

Locus: Schistus lithanthracibus incumbens, Wettinensis; ubi praesertim chara observatur.

In topko Zabenstedtenfi frequens est species Hypni.

114. PHYTOLITHVS filicum. LINN. S. N. 44, 2.

Locus: Schistus lithanthracibus incumbens, prope Wettin et Giebi-chenstein cos 7. varius.

Conf. FRISCH. mus. Hofm. p. 2. SCHEVCHZ. Herbar. diluv. passim.

115. PHYTOLITHVS radices. LINN. S. N. 44, 3.

Petrificatum vegetabile radices arborum et plantarum. WALL. min. 304.

Locus: Zabenstedt in topko.

116. PHYTOLITHVS trunci. LINN. S. N. 44, 4. versteint Holz.

a. Petrificata vegetabilia arborum. WALL. min. 303.

Lignum petrefactum. LERCH. oryct. p. 27.

Lithoxylon. BÜTTN. rud. p. 189.

Locus: Wesseniz ad ripas elystri, in magna copia; Dieskau hinter den Kirchgärten in der Landwehre; sylva prope Sennewiz; Kellerberg bei Gutenberg; Querfurtum: Hala in horto paedagogii in arena sub limo, et in campis vagum.

Lignum album filiceum ad chalybem scintillans occurrit vagum prope Diemiz.*

Vsus: Wessenizense subtilius pro cote. Sub frictione nonnullum spargit foetorem nauseosum; cavitates repletae sunt crystallis minimis pellucidis: color albus, nucleo saepe nigro.

Primus hoc lignum detexit LERCHIVS.

β. Mineralisatum vegetabile (bituminoso-) aluminosum. WALL. min. 314. Holzkohle.

Lignum fossile semipetrefactum, carbones fossiles. LERCH. oryct. p. 29.

*Locus: Beichliz, Halae subterranea meridionalia beim Waisen-
hause; in cuius horto im Stadtgraben cuniculus adhuc exstat, et
puteus im Schiesgraben: uterque derelictus in stratis horizon-
talibus.*

Vsus: pro carbonibus in coctura salis.

Analogon huic occurrit inter lithanthraces, scil. lithoxylon bituminosum nigrum splendens, carboni simillimum.

γ. Mineralisatum vegetabile pyritaceum. WALL. *min.* 315.

δ. Mineralisatum vegetabile ferreum. WALL. *min.* 316.

Locus: γ. inter strata prioris β. prope Beichliz. δ. Comit. Mansfeld.

117. PHYTOLITHVS foliorum. LINN. S. N. 44, 5.

Phytotypolithi foliorum plantarum et arborum. WALL. *min.* 310.

Locus: in topbo Zabenstedtensi, ochra ferri fusca plerumque tinctus; in topbo prope Strenznauendorf.

118. PHYTOLITHVS florum. LINN. S. N. 44, 6.

Spica secalina. BÜTTN. *rud.* p. 203.

Locus: in schisto cuprifero Mansfeldensi varius.

G R A P T O L I T H V S.

119. GRAPTOLITHVS nemora, arbores, plantas, muscos referens. LINN. S. N. 45, 3.

Dendrites. LERCH. *oryct.* p. 25. BÜTTN. *rud.* p. 124. t. 20.

Locus: Esperstedt in cote 1, cuius elegans specimen est in museo Cel. Dni. PRAESIDIS; Gerbstedt in fragmentis marmoris 18. et 20. in sabuletis.

α. Marmoroides luteus dendritibus nigris pulchre pictus. D A C O S T. *fossil.* I. p. 243.

Locus: im Salzmünder Busch, repertus et communicatus ab Exp. Dn. D. IAMPERT.


Lapis est pallide flauescens arbusculis subtilissimis nigris non superficialibus, sed secundum omnes dimensiones lapidem percurrentibus. Elegantissimus est, marmori Florentino parum cedit.

120. GRAPTOLITHVS stellas, punctaque radiata referens. LINN. S. N. 45, 5.

Locus: praecedentis.

121. GRAPTOLITHVS puncta informia referens. LINN. S. N. 45, 7.

Locus: praecedentis, frequens in fragmentis petrificatorum ex sabuletis.



O R D O III.

T E R R A E.

M A R G A.

122. MARGA argillacea albida. LINN. S. N. 46, 1.

Locus: in rimis rupium Giebichensteinensium generata.

Candida est, dura, parum arenosa; non efferuescit cum acido, hinc distinctissima a creta 129; nullas cum chalybe scintillas dat, hinc a cotibus diuersa; sub vitro caustico TSCHIRNHVSIANO, statim abit in vitrum candidum opacum.

123. MARGA ochracea rubra LINN. S. N. 46, 2. mat. med. lap. 59.
Röthel,

Ochra rubra cretacea. WALL. min. 253, 4.

Creta rubra. DACOST. fossil. I. p. 86.

Rubrica fabrilis. LERCH. oryct. p. 13.

Locus: Giebichenstein ad viam Trotham versus.

124. MARGA friabilis flauescens. LINN. mat. med. lap. 60. Tripel,

Glarea indurata cohaerens aspera, Tripela. WALL. min. 33.

Creta albo-flauescens. DACOST. foss. I. p. 87.

Locus: reperitur albicans prope Wettin, flauescens in limifodina Halensi et arenifodina ad Diemitz, in frustis.

Halensis est duriuscula; nonnunquam ipsi insidet spatium flauum striatum efferuescens; continet etiam, sed rarius, terebratulas subfufcas, subdiaphanas. Ad usus mechanicos non inepta est. Wettinensis est friabilior, parum ad cinereum colorem vergens.

O C H R A.

125. OCHRA ferri lutea. LINN. S. N. 47, 1. mat. met. lap. 61.

Ferri terra praecipitata non mineralisata. WALL. min. 253. Ocher.

α. Ochra lutea vulgaris. WALL. min. 253, 1.

β. Ochra rubra. LINN. S. N. 47, 1. b.

γ. Ochra ferri lutea efferuescens.

Ochra. LERCH. oryct. p. 13.

δ. Ochra

δ. Ochra ferri obscure fusca efferuescens.

Locus: α. β. Comit. Mansfeld. α. Hortus orphanotrophei, in quo cuniculus est pro xylanthrace effodiendo, unde profluit aqua vitriolica, deponens ochram luteam purissimam, quae ustulata rubra fit: fons medicatus Lauchstedtensis et Halensis eandem praecipitat, et fons in luco prope Seeben. γ. Giebichenstein in strato saxi incumbente sub humo. δ. Inter lithanthraces prope Wettin.

δ. constat terra obscure fusca friabili, in acidis solubili, saepe pyrita adpersa; nata ex pyrita amorpho in lithanthrace destructo, inde color fuscus.

126. OCHRA cupri viridis. LINN. S. N. 47, 2. mat. med. lap. 62.

Cuprum solutum vel corrosum praecipitatum viride. WALL. min. 260.

Locus: inter schistum cupri Mansfeldicum copiosissime.

127. OCHRA cupri caerulea. LINN. S. N. 47, 3.

Cuprum solutum vel praecipitatum caeruleum. WALL. min. 261.

Locus: praecedentis.

128. OCHRA cupri germinans. LINN. S. N. 47, 4.

α. Aerugo nativa striata. WALL. min. 260, 2. Strahlig Kupfergrün.

β. Cuprum mineralisatum, minera fractura nitente fragili. Cuprum lazereum. WALL. min. 262. Lasur.

Locus: in schisto cuprifero, α. rarissime β. saepius occurrit.

128. OCHRA vismuthi rubra. LINN. S. N. 47, 7. Kobaltblüte.

Cobalti minera, colore rubro vel flauo excrescens. WALL. min. 234.

Flos cobalti superficialis var. 2.

Locus: in schisto cuprifero, olim ad Golwiz effossa, minera cobalti dicta, hodie prope Gerbstedt non infrequens.

CRETA.

129. CRETA terrestris alba. LINN. S. N. 48, 3.

Creta fragilior grossior et rudis alba. WALL. min. 10.

Creta. LERCH. oryct. p. 14.

Locus: inter silices 14. vagos in fragmentis minoribus copiosa, nec non in sabuletis.

130. CRETA terrestris testaceorum.

Locus: inter Passendorf et Nietleben iuxta viam ad piscinam: in strato inter humum.

Constat terra alba non cohaerente leui impalpabili, in acidis cum ingenti efferuescentia solubili sub vitro caustico TSCHIRNHVSIANO non vitrescente, nata ex testaceis ii demque adhuc repleta, vt cochleis quibusdam, tubulis dentaliformibus rectis aut curuis, striis rectis aut helicoidibus, nonnullis superficie aspera; inter quae occurrunt testacea parua oualia, vno apice puncto nigro, vnde stria heliciformis exit altero apice terminata: magnitudine seminis papaueris.

Aliud stratum consine est impurius, magisque cohaeret, colore flauescente, eadem testacea continens, sub vitro TSCHIRNHVSIANO facile in vitrum nigrum abiens, tectum humo nigra, quae finditur in frusta subprismatica cum acidis valde efferuescit, in igne bitumen foetet.

Gemina igitur est cretae terrestri conchaceae. LINN. S. N. quae huius est varietas.

131. CRETA gypsea.

Lac lunae. LERCH. oryct. p. 14.

Locus: Hala in horto paedagog. Reg. in frustis vagis inter limum.

Constat terra subfriabili candida, particulis impalpabilibus cohaerentibus, frustis oblongis lobatis, miculis spati saepe distinctis. Aquam imbibit, vix humectanda, nec in ea dissolubilis; acidis non efferuescens; in igne in calcem mutatur, sub vitro TSCHIRNHVSIANO calcinata ebullit, fumos eructat sulphureos, diutissime vero persistit absque mutatione, superficie vix tandem inducta crusta tenui vitrea albida; post calcinationem cum frigida nec efferuescit, nec induratur.

Non ergo est lac lunae, nec terra margacea, argillosa, aut calcarea; sed indolis gypseae; a gypso communi tamen nonnihil diuersa.

Vsus: medicus pro lacte lunae insolitus, infidus; mechanicus cretae.

ARGILLA.

132. ARGILLA calcaria. LINN. S. N. 49, 1.

Locus: Giebichenstein, Seeburg.

133. ARGILLA fissilis. LINN. S. N. 49, 2. Blätterleimen.
Argilla pinguis in bracteas dehiscens et in aëre deliquescent. WALL.
min. 19.

Marga viridi-fusca, terra fullonica vulgo dicta. DACOST. fossil. I.
p. 69.

Limus striatim positus. LERCH. oryct. p. 8.

Locus: limifodina Halensis sub limo in stratis tenuissimis.

Constat terra fusca, cum aqua aliquantulum efferuescente: pro
terra fullonum utilis, si copiosior adesset.

134. ARGILLA tessellata LINN. S. N. 49, 4. figulina. WALL. min. 17.
Argilla alba et rubicunda LERCH. oryct. p. 9. cinerea et caerulea
p. 12.

Locus: α. Halae australis stratum subterraneum 12; β. ante Glau-
cham, ubi est sub cote in strato 6. 7. argilla alba, flava et caeru-
lea, (alternans cum arena alba;) haec ad vasa fictilia inutilis;
in strato 8. argilla pinguis arenosa; 9. macra plus minus areno-
sa: 10. arena alba γ. rubra auf dem Lerchentelde prope Glau-
cham. δ. Radewell, alba. ε. Nietleben. ζ. in der Heide, fere ubi-
que. η. Benstedt.

Vsus: β. 8. 9. ad vasa fictilia, fidelias fornacum; fullonibus pro
sapone. γ. ad testas florales. η. ad dealbanda vasa. ε. ζ. η. mix-
tae ad tubulos fumiductorios.

135. ARGILLA caerulescens. LINN. S. N. 49, 4.

Argilla vitrescens rudis. WALL. min. 16.

Locus: stratum 7. praecedentis, Giebichenstein in der Allée.

136. ARGILLA ore liquescens. LINN. S. N. 49, 7. mat. mea. lap. 69.

Argilla pinguis. WALL. min. 21. Bolus.

- α. Argilla ore liquescens alba. LINN. mat. med. lap. 69. α.

Locus: Seeburg, Dölau, Giebichenstein, Trotha, Glaucha, Teut-
schenthal, quae pro farina fossili habita est; conf. BÜTTN. rud. p. 141.

- β. Argilla ore liquescens flava. LINN. mat. med. lap. 69. β.

Locus: Hala, Giebichenstein.

- γ. Argilla ore liquescens rubra. LINN. mat. med. lap. 69. γ.

Bolus rubra WALL. min. 21, 4.

Locus: Wörmilz, Nietleben, Garfehne, Gollwiz.

8. Argilla ore liquefscens carnea LINN. *mat. med. lap.* 69. 8.

Locus: Hala, Giebichenstein.

ε. Argilla ore liquefscens cinerea. LINN. *S. N.* 49, 7. b.

Locus: Salzmünde, Dölau, Lieskau, Giebichenstein, Beichliz, *quae granulis ochraceis saepe repleta est.*

ζ. Argilla ore liquefscens caerulea.

Locus: Gloschwiz, *distincta maculis albidioribus, non efferuescens cum aquaforti.*

η. Argilla ore liquefscens fusca.

Locus: Trotha, Wansleben.

9. Bolus nigra. WALL. *min.* 21, 7.

Locus: Trotha, Seben; *valde arenosa.*

ι. Argilla ore liquefscens variegata.

Locus: Hala, *flavo-fuscescens venis albis*; Gloschwiz, *rubra variegata*; Glaucha, *candida venis flavis*: Drebiz in com. Mansf. *fusca, maculis albis.*

Multae harum terrarum efferuescunt cum aquaforti, hinc potius referendae ad spec. 132: plurimae arenosae sunt.

137. ARGILLA arenacea sabulosaque. LINN. *S. N.* 49, 9. Zeimen,

Locus ubique circa urbem et Thuringiam versus sub humo; praesertim in limifodina prope patibulum et hinter dem Waysenhaufe; maxime sabulosa in der Allee nach Giebichenstein zu.

Forsan pro arenacea in S. N. legendum ochracea.

A R E N A.

138 ARENA impalpabilis subfarinacea. LINN. *S. N.* 50, 1.

Locus: *arenifodina* in der Heide *prope* Nietleben.

Vfus ad sternenda hypocausta.

139. ARENA impalpabilis quarzosa. LINN. *S. N.* 50, 2.

Glarea mobilissima impalpabilis fluida albicans. WALL. *min.* 30.

Locus: in der Heide: *in sabuleto prope* Diemiz, *colore albo, cinerascens et subfusco, in stratis.*

140. ARENA quarzosa vento volatilis. LINN. *S. N.* 50, 3. Gießsand.

Glarea sterilis fusoria. WALL. *min.* 31, 3

Locus:

Locus: Scherben, Teutschenthal, Giebichenstein, *inter et sub limo, albae Merkwiz, Gerwiz, Frideburg, Beidersee, Schraplau, maximam partem flavescentes, efferuescentes.*

Vfus: ad formas fusorias, praecipue illa prope Scherben.

141. ARENA quarzosa rotundata aequalis. LINN. S. N. 50, 4. WALL. min. 35. Scheuersand.

Locus: in der Heide, prope Querfurt: *huc refero arenam in strato 7. 10. argillae 134.*

142. ARENA quarzosa crySTALLINA.

Locus: in grossen Phasenteiche in der Heide.

Constat crystallulis quarzosis nitrosis albidis aut pellucidis, saepe diffractis.

143. ARENA quarzosa rotundata colorata. LINN. S. N. 50, 5.

α. Arena crocea. Gelber Scheuersand.

Locus: arenifodina in der Heide prope Nietleben, in stratis horizontalibus inter arenam 138. *ibidem* an der Allee in collibus; auf dem Feldwege zwischen Halle und Wörmiz, südöstlich dem Gesundbrunnen in strato.

- β. Arena nigra.

Locus: vaga in dem Heideberge in frustis; haec ustulata fit alba, absque ferri vestigio; am hohen Ufer der Elster; parum retrahoria est.

- γ. Arena variegata. Seesand.

Locus: littora lacus falsi Seeburgensis.

144. ARENA gypsea.

Sabulum particulis spatosis. WALL. min. 34, 3.

Locus: marmoris 24.

Alabastrum aëri et pluviae diu expositum fatiscit, et transit in arenam friabilem particulis subaequalibus subdiaphanis; plerumque albam, quando cohaeret, saccharo haud dissimilem. Hoc inprimis in rupibus gypseis prope Wendelstein observandum. Hinc alabastrum ad domos exstruendas minus aptum.

145. ARENA micacea. LINN. S. N. 50, 6.

Glittersand.

Arena micans. WALL. min. 37.

Locus:

Locus: Nauendorf, *ex arena alba, et mica alba:* Gerbstedt, *ex arena lutea et mica alba constans.*

146. ARENA heterogenea. LINN. S. N. 50, 7. Flußsand.

Arena particulis grossioribus inaequalibus. WALL. *min.* 34.

Locus: Salae ripae; *fabuleta prope* Diemitz et Schraplau, *petrificationis fertilissima;* Teutschenthal.

Conf. BÜTTN. *rud.* p. 223. de Schraplauiensi *corall.* p. 51.

147. ARENA ferrea atra. LINN. 50, 8. Eisensand.

Ferrum arena mineralisatum. WALL. *min.* 251.

Locus: Sala, *lacus salus* Seeburgensis, *parce admodum.*

148. ARENA aurea. LINN. S. N. 50, 9. Goldsand.

Aurum natium diuerso colore terrae vel arenae inhaerens solutum.

WALL. *min.* 295.

Aurum natium in granis. LERCH. *oryct.* p. 50.

Locus: Sala.

H V M V S.

149. HVMVS paludosa radicibus intertexta. LINN. S. N. 51, 2.

Torf.

Humus vegetabilis turfacea fibrosa. WALL. *min.* 6.

Locus: Niederleben *et in der Heide passim;* Schortewitz, *variis conchyliis repleta;* Dieskau, Riedeburg, Tammendorf: *praefertim* Zabenstedt, *cuius descriptionem sequentem addo:*

Sumpftorf von Zabenstedt. Es stehet dieser Torf in dem Fusse des Hügels, worin der Tophsteinflöz befindlich, horizontal, und ist über 1 Elle mächtig, worauf wieder Gartenerde folgt. Er muß an vielen Orten Kalkerde in seiner Mischung haben, denn er siedet hin und wieder mit Scheidewasser auf. In der That finden sich einige ganze Lagen Kalkerde drinnen, die auch zum Theil zu einem Kalksteine verhärtet sind. Selbst der Torf ist an manchen Orten versteinert, wo er denn, vermuthlich wegen der eingemischten Kalkerde, weniger braun aussiehet, als der unversteinerte. Die Schnecken, die ich darinnen beobachtet, sind Buccina aus süßen Wassern, Ammonshornförmige Wasserschnecken,

schnecken, und die no. 102, 7. angeführte Voluta, imgleichen die opercula no. 102, 1. Die Schnecken finden sich in dem Torf, in der Kalkerde, in dem Kalksteine, und dem versteinerten Torf, in letztern dreien calcinirt, im Torfe aber auch mit natürlich *.

Vsus: carbonum.

Indicantur loca caespitosa innascentibus plantis: Sphagno LINN. *Spec. pl.* 1106; scirpo caespitoso *ib.* 48, 4. Eriophoro polytachio 52, 2. Ledo palustri 391. Erica tetralice 553. 8. Vaccinio oxycocco 351, II. LINN. *Phil. botan.* p. 266. *quarum pleraeque apud nos habitant.*

150. HVMVS vegetabilis aquatica. LINN. S. N. 51, 3. Ziegelerde.
Humus vegetabilis lutosa. WALL. *min.* 5. DACOST. *foss.* I. p. 116.
Locus: in der Aue *ubique*, auf der grossen und auf der Gimmerizer Wiese *et alibi in locis inundationibus Salae expositis.*

Vsus: ad coquendos lateres.

151. HVMVS vegetabilis communis. LINN. S. N. 51, 6. Ackererde.
HVMVS vegetabilis communis. DACOST. *foss.* I. p. 115.

Locus: ubique stratum summum regionis.

Variat admixta argilla 132. 135. 137. arena 1. 3. 7. ad quae in cultura agri probe attendendum.

152. HVMVS animalis brutorum. LINN. S. N. 51, 8.

Humus animalis. WALL. *min.* 7.

Locus: ubi animalia sepulta.

153. HVMVS animalis humana. LINN. S. N. 51, 9.

Locus: coemeteria.

C O R O L L A R I A.

1. Petrificata rarissima sunt in faxis, nulla inveniuntur in lapidibus gypseis quia ab acido, quod pars constituens gypsi est, destruuntur.
2. Offa petrificata omnia, paucis exceptis, carne destituta erant antequam petrificata sunt: nec credendum carnem a materia corrosiva esse absumtam.

3. Per salia vrinosa ferrum in corpus molybdaenae simillimum mutari potest; quod forsitan originem molybdaenae illustrat.
4. Diuisio lapidum fit secundum generationem et mixtionem; characteres vero generici et specifici primarii desumi debent ab aggregatione et facie externa.
5. Totum agrum *Halensem* ex inundatione turbulenta ortum esse, cuius fluxus fuit ab oriente in occidentem, oryctologia docet.
6. Agri Halensis regionem meridionaliorem a monte sereno ad Giebichenstein, sub saxis in sinu suo fouere thesaurum lithanthracum, verosimile est.
7. *Sala fluius* eum cursum, quem nunc tenet, antiquitus non tenuit. Praeterquam quod recentiori tempore ex alueo occidentaliore arte ad urbem adacta fuerit, olim viam per rupes saxeas prope *Giebichenstein* et *Trotham* ipsa sibi fecit: quod docet collatio harum rupium. Prius igitur vel alio alueo fluxit, vel, quod vero similis, ingens stagnum in regionibus australioribus effecit.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Praef. §. 3. lin. 5. leg. fossilia. §. 4. lin. 3. l. ampelitoso. n. 5. lin. 2. del. I. n. 13. del. B. et l. 13. ib. β. lin. 4. l. botryiformi. n. 28. dele lineam 2. n. 34. lin. 6. l. alba cotacea. n. 45. lin. 4. l. aluminosa. n. 92. lin. 7. l. qui. n. 77. lin. 10. l. fissurarum. n. 82. lin. 4. post. pallido, l. rubrum etc. quae attentus lector facile emendabit.

